



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Liber Quartus. Decretalium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

LIBER QUARTUS.
DECRETALIUM.

TITVLVS I.

DE SPONSALIBUS, & MATRIMONIIS.

SECTIO I.

De Sponsalibus de futuro.

§. I.

Quid sint sponsalia, & quā formā seu modo contrahantur.

Sponsalia (proprie loquendo) communiter à Jurisperitis definiuntur, quòd sint futurarum nuptiarum mentio & repromissio, ita ut promissio talis & repromissio non debeat merè interna esse, sed aliquo signo externo manifestari, cum sponsalia talia sint contractus inter homines, ad quos sola interior mens & intentio non sufficit.

Secundò non debeat esse simplex tantum ex parte unius promissio, sed mutua sive reciproca, ex parte utriusque contrahentis; neque sufficiat ad sponsalia contrahenda propositum tantum, aut alterius promissionem acceptam quidem esse, non tamen factam illi futuri etiam matrimonij repromissionem. Tertio

Compend. Pirhing.

debeat esse sufficienter deliberata, & scilicet deliberatione, quæ sufficit ad peccandum mortaliter (cum utique plus non requiratur ex parte deliberationis ad obligandum se homini, quam requiratur ad obligandum se Dæmoni) non ficta, cum ficta promissio non sit seria promissio, neque talis habeat animum se obligandi.

Contrahuntur autem sponsalia per verba & signa quælibet, quibus secundum communem modum loquendi, & usum patriæ, ac secundum præsentis circumstantias exprimitur mutua promissio de Matrimonio contrahendo, ita ut si verba dubia sint, in foro quidem conscientiæ, standum sit intentioni contrahentium, juxta quam verba suam explanationem recipiunt, in foro tamen externo non statim intentioni contrahentium, quæ sæpius latet, sed communi & recepto verborum sensui, quem verba communiter ex usu patriæ ingerere solent.

N a n n

§. II

§. II.

Quinam sint habiles vel inhabiles ad sponsalia contrahenda.

Generatim loquendo ab ijs solis contrahi possunt sponsalia, inter quos aliquando (adveniente ætate) consistere potest licite & valide matrimonium, quibus enim non licet contrahere matrimonium, illi nec promittere possunt contrahendum olim inter se matrimonium, cum promissio rei illicitæ nulla sit. In specie verò sponsalia ab amentibus perpetuò & furiosis contrahi non possunt, cum nullus illorum sit deliberatus consensus. *c. Dilectus 24. h. 2.* nisi lucida intervalla habeant, & tempore talium intervallorum sponsalia contrahantur; quòd si tamen sensibus aliquibus tantum destituti sint aliqui, ita ut surdus v. g. tantum, vel tantum mutus, vel simul urdus & mutus sit aliquis & ex probabili setiam si simul cæcus sit, valida contrahere hic potest sponsalia, cum ad ea contrahenda non formalia & expressa verba requirantur, sed signa quæcunque exteriora sufficiant, quibus internus consensus exprimitur, uti colligunt communiter ex *c. Tua 25. h. 2. junct. Gloss. V. sine verbis.*

§. III.

Quomodo & quando obligent sponsalia, & an etiam obligent, si gravi metu extorta sint?

Obligant sponsalia sub culpa mortali ad matrimonium contrahendum, (tempore præfixo, vel si nullum præfi-

zum est, exigente altero, cum coacti de fieri potest) etiam si clam, sine rebus & rebus contra facta sint, non minus, ac alij contractus in materia obligantes (& hinc lex civilis, deprostatæ dans libertatem renuntiandi de vendendi alij, per S. S. Canones et correctæ) ita ut à Judice Ecclesiastico *c. ex litteris 10. h. 1.* etiam post Canoniam munitionem censuris compelli possit ad contrahendum matrimonium, quod non vult sponsalium fidem implere, sed gravia scandala, perpetua jurgia & coactis talibus nuptiis timerentur. *quisvis 17. h. 1.* non tantum in casu quo jurata fuerunt sponsalia, sed etiam in eo casu, quo nullo jramento firmata fuerunt, cum iustus hoc exigat, & quamvis de matrimonio fixo non sit, quòd gravi metu extortum, ac clam contractum, nullum sit, de sponsalibus tamen hoc statutum non sit, & hinc sponsalia gravi etiam metu extorta valida sunt, donec à Judice Ecclesiastico rescindantur, cum ratio, que pro matrimonio indissolubili urget, non urgeat pro sponsalibus, que facilius auctoritate Ecclesiastica dissolvi possunt.

§. IV.

An sponsalium contractus adhiberi possit pœna vel Arrha.

Arthæ in contractu sponsalium de Autoque jure intervenire possunt, ut talem arrham amittat, qui deire non vult, & sponsalia tamen suâ culpâ, implere non vult, ac injustè resiliens in duplum, vel etiam triplum &c. restituere teneatur de

§. V.

*Virum sponsalia clandestina jure
novo sint irrita, & quomodo tran-
seant in matrimonium?*

fuorum patrimonio, vel si utraque pars ar-
rhas dedit alteri, injustè restitens suas
perdat, & acceptas restituere teneatur:
pœna autem propriè dicta, quæ consi-
stit in proprio peculio, seu patrimonio
v. g. imminuendo, solvenda per eum,
qui fidem culpabiliter non servat, utro-
que jure nulla est. *L. Mulier 5. §. fin. Cod.
de sponsali. & c. Gemma 29. h. 1.* sive per
iplos sponsores, sive per consanguineos
sit adjecta, ita ut probabile sit, sponsores
inducendos ad contractum matrimonij,
ob reverentiam scilicet consanguineo-
rum, & ob metum, ne consanguinei
pœnam solvere teneantur, quæ ratio,
cum non urgeat contra omnino extra-
neos, hinc ab his solvenda pœna, spon-
salibus adjecta, non reprobatur; sicuti
nec reprobatur lucrum amittendum ab
alio adjectum, si cum hoc, vel illo
non contraxerit, quia talis lucri amissio
non tam vera pœna est, per quam im-
minuitur patrimonio, quod de facto
obtinetur, quàm invitatio certum ma-
trimonium. Cur autem arrhæ licitæ
sint in contractu sponsalium, non autem
pœna propriè dicta, difficile quidem
est, disparitatem assignare, probabili-
ter tamen dicitur, quod arrhæ plerum-
que non in tanta quantitate consistant,
in qua pœnæ, & consequenter non tam
difficilis sit earum amissio, quàm pœnæ
solutio, & quod facilius illæ jam datæ
negligantur, quàm ut patrimonio de
novo imminuatur, quod fieret per solu-
tam pœnam.

QUOD sponsalia clam etiam contra-
cta, sine testibus & Patocho va-
lida sint, & per se loquendo etiam licite-
ra, dictum superius, & docent com-
muniter omnes, neque enim decretum
Tridentini, clandestina matrimonia an-
nullantis, extendendum est ultra ca-
sum expressum, cum sit correctorium
juris communis, & consequenter stri-
ctæ explanationis, & quamvis prohibitio
absolutè matrimonio, etiam ea prohi-
beantur, per quæ ad matrimonium per-
veniri solet, non tamen hæc prohiben-
tur, si matrimonium tantum certo no-
do contrahendum prohibeatur; quod
tamen decenter non fiant clandestina ta-
lis sine testibus sponsalia, faciliè conce-
ditur.

Transseunt quidem de jure antiquo
Canonico hæc sponsalia, etiam clam
contracta, in matrimonium, per seculam
copulam carnalem, *o. veniens 15. &
o. Is qui 30. h. 1.* eo quod Ecclesia con-
sensum conjugalem in tali copula præ-
sumat ad evitandum peccatum. Ho-
die tamen in locis, ubi Tridentini con-
stitutio annullantis matrimonia clande-
stina, legitimè recepta est, non habent
locum hæc matrimonia præsumpta, ne-
que transeunt sponsalia in matrimonium
per solam talem carnalem copulam.

☞(o)5☞

☞S* *S☞

Nnn n a

§. VI.

§. VI.

De impedimento publicæ honestatis, proveniente ex sponsalibus de futuro.

Impedimentum publicæ honestatis est quædam quasi affinitas, aut propinquitas jure Ecclesiastico introducta, proveniens ex sponsalibus de futuro: ob publicans morum honestatem, hac scilicet exigente, ne cum consanguineis matrimonium contrahere possit, qui cum aliqua ex consanguineis sponsalia jam contraxerat, ita ut hoc publicæ honestatis impedimentum etiam ille contrahat, qui major septennio cum puella proximâ septennio, in qua malitia supplet ætatem, sponsalia de futuro contrahit. *c. 7. n. 3. h. t.* hoc autem impedimentum publicæ honestatis de jure antiquo quidem Decretalium ad quartum usque gradum se extendebat, & oriebatur non tantum ex sponsalibus validis, sed etiam invalidis, modò non invalida fuerint ex defectu consensus, & pura illa fuerint, ac certa, cum determinata persona; vel si conditionalia fuerint, fuerit tamen conditio jam impleta. *c. Ex sponsalibus unico h. t. in 6. per Concil. tamen Trident. Sess. 24. c. 3. de reformat.* multa correctâ fuerunt, ita ut hodie hoc impedimentum non oriatur, nisi ex sponsalibus validis, & non extendatur ultra primum gradum consanguinitatis, tam in linea rectâ; quam laterali; ne nimirum scilicet ob impedimenta dirimentia, restringatur matrimoniorum valor.

SECTIO II.

De dissolutione sponsalium.

§. I.

Ob quas causas dissolvi possunt sponsalia de futuro?

Primò dissolvi possunt sponsalia per liberum mutuo, & libero consentium, per quod etiam in aliqua nascitur, per eadem etiam (inter paribus) dissolvitur *cap. 1. de reg. juris* quamvis juramento firmata sint sponsalia talia, juramentum enim promissorium, appositum contraheatur, quam accessorium, sequitur enim naturam & conditiones *c. quædam de iur. de jure jurand.* Secundò solvi possunt sponsalia lapsu temporis ad matrimonium contrahendum præfixi. *c. 1. h. t.* Si tamen ad finiendam obligationem tempus præfixum sit, quo in casu illi liberè rescilire potest à talibus sponsalibus, per quem non stetit, quomodo matrimonium intra præfixum tempus contraheretur, uti colligitur ex *c. 1. 22. h. t.* Tertio solvuntur sponsalia discessum in longinquas terras *cap. 1. g. sine licentia sponsæ, vel longam illius absentiam, ita ut nulla spes sit breviter redituri, c. De illis s. h. t. cò quodlibet discedens videatur renuntiare sponsalibus; quòd si tamen in propinquo haberet, monendus, & requirendus ad reditu videretur, prout etiam expectari deberet, si negotiorum tantum casus*

aut ex alia necessaria causa discesserit, animo brevi rediturus: & quamvis putent aliqui, quod Leges Civiles, dum volunt biennio eum expectandum, si intra provinciam abfit, vel triennio, si extra provinciam abfit, per jura Canonica sint correctæ, ob universalia nimis verba *cit. c. De illis*, rectius tamen & probabilius alij hoc negat, cum correctio talis ex nullo capite appareat, & decisio legum Civilium in hac re bonum politicum concernente, sit valdè consona æquitati, quamvis Judici Ecclesiastico non negetur tempus hoc, si videatur expedire animæ bono, restringere.

§. II.

An & qua ratione dissolvantur priora sponsalia de futuro per ingressum religionis; vel susceptionem ordinis sacri?

Quartò quòd per professionem religiosam in religione approbata solvantur sponsalia de futuro, certum est; (si enim matrimonium ratum dissolvitur per talem professionem, uti habetur in *c. Ex publico 7. de conver. conjugat.* multò magis sponsalia de futuro) utrùm autem per solum ingressum in Novitiarum sponsalia talia de futuro solvantur, dubitatur; qua tamen in re certum quidem est, quòd ex parte illius, qui in sæculo manet, sponsalia talia dissolvantur statim, ac alter novitiatum ingressus est (nisi aliter conventum fuisset) ita ut ad alia vota sine scrupulo transire possit, cum difficile illi foret, expectare illius professionem, aut maritum habere,

ex religioso novitiatu exeuntem; de illo tamen qui novitiatum (bonà fide) ingressus est, utrùm etiam ex parte illius sponsalia priùs inita dissolvantur, ut rediens ad sæculum non teneatur amplius ad eam ducendam, cui prius per sponsalia fidem dedit, etiamsi vellet hæc eum maritum, dubitatur; sunt qui probabiliter affirmant, dissolvi etiam ex parte hujus sponsalia priora, sunt qui probabilius negant, cum nec ex natura rei, nec ex jure positivo, hæc dissolutio probari possit. Per votum tamen proficendi in religione penitus sponsalia ex parte utriusque dissolvi, probabilis est (cum enim per tale votum illicitum sibi reddat sponsus v. g. matrimonij contractum, consequenter sponsalia, quæ sunt promissio rei licitæ, subsistere amplius non possunt) nisi necessitas aliqua urgeret talem prius contrahere matrimonium, & postmodum, hoc nondum consummato, ingredi religionem, juxta quam explicationem fortassis etiam intelligi potest *c. Commissum 16. h. t.* ubi Pontifex dicit, tutius fore, si sponsalia fuerint jurata, prius contrahere matrimonium, & postmodum ante hujus consummationem profiteri in religione. Quod in eo etiam casu dicendum est, quo quis sub spe matrimonij corrumpit eam, cum qua sponsalia contraxerat, aut si ex occasione non contracti matrimonij gravem famam jacturam pateretur famina v. g. quæ damna non nisi per contractum matrimonium reparabilia essent.

Quintò solvantur sponsalia de futuro per susceptionem ordinis sacri, qui non tantum illicitum matrimonij contractum facit, sed inhabilem etiam eum reddi

reddat ad contrahendum matrimonialiter, qui ordinem sacrum suscipit, cum ordo sacer sit impedimentum dirimens. Per votum autem suscipiendi sacros ordines non dissolvi sponsalia prius contracta, saltem ex parte voventis (cum qua enim contracta sunt sponsalia, illa liberatur à sponsalium talium obligatione, si sponsus votum v. g. faciat suscipiendi sacros ordines, ed quòd taliter vovens videatur renuntiare prioribus sponsalibus) probabilius est, cum in grave alterius præjudicium votum hoc non videatur acceptare DEUS.

§. III.

Utrum priora sponsalia de futuro solvantur per posteriora juramento firmata; vel per matrimonium cum alia contractum, & an etiam per subsequentem fornicationem?

Respondetur primò, non solvi priora sponsalia per posteriora de futuro, quamvis hæc juramento firmata sint, cum posteriora hæc sponsalia invalida, & nulla sint, tanquam de re alteri iam obligata, & quamvis ipsis accedat juramentum, non minus tamen hoc juramentum invalidum est, tanquam accedens contractui invalido, cum quo velut accessorium cum suo principali corrumpit. Quòd si tamen carnalis copula cum posteriore sponsa, priorum sponsalium ignara, intervenerit, quamvis in rigore loquendo priora sponsalia (saltem ex parte decipientis) non dissolvantur, & damnum illatum per talem copulam debeat aliter compensari, potest tamen nonnunquam evenire, ut ob injuriam

ignoranti illatam ad posteriora sponsalia servanda obligatus maneat intactor.

Respondetur secundo, solvi priora sponsalia de futuro, per subsequentia sponsalia de presenti, sive per subsequentia matrimonium, illicitè quidem, non tamen invalidè contractum est, *Sicut in h. e.* quia fortius vinculum, quod est vinculum matrimonii, prævalet magis forti sponsalium de futuro vinculo, nec priorum sponsalium obligatio in tali casu omnino extinguatur, ex parte utriusque prout etiam colligitur ex *c. 1. De sponsalium duorum. & can. ult. cau. 27. q. 2.* quamvis damnum, si priori sponsa in tali casu aliquod evenit, compensari debeat ab eo, qui fidem sefellit.

Respondetur tercio, solvi sponsalia etiam jurata per sequentem fornicationem, tam sponsi, quam sponsæ, in innocens jus habeat, ea rescindenda, non tamen nocens, tum quòd ob non bilem mutationem in tali casu, sicut frangenti, meritò fides non tenetur, tum quòd ex iniquitate sua commotionem habere non debeat nocens: & quòd quoad actuale fornicationem ipsa gaudeant in ordine ad dissolvenda contracta sponsalia sponsus & sponsa, ipsa tamen conceditur sponso rescilire sponsalibus, quamvis actualis fornicatio non intervenerit, ob vitam sponsæ minime perdicam, aut quòd vi oppressa fuerit, &c.



§. IV.

An, & quâ ratione præterea dissolvantur sponsalia ob supervenientem notabilem mutationem ex parte sponsi, vel sponsæ?

SI notabilis mutatio, aut nova causa stationabilis, post contracta sponsalia superveniret, ob quæ notabiliter difficillor redditur status matrimonii, solvuntur sponsalia, prout habetur in c. *Quemadmodum* 25. *De jure jurando*, ita ut in utroque foro fides habeatur sponso, & sponsæ afferenti, se non contracturum fuisse sponsalia, si ab initio talis causa fuisset, modò ex circumstantiis verisimilis assertio hæc videatur: in specie autem enumerantur passim hæc mutationes, ob quas à sponsalibus resiliiri potest (nisi, post cognitam illam mutationem, copula haberetur, quo in casu cessentur juri suo ad resiliendum renuntiare) si notabilis superveniat deformitas, nates v. g. amittendo, aut oculum, &c. si morbo contagioso, vel incurabili, lepra v. g. morbo gallico, epilepsia, &c. alteruter inficiatur; si alteruter incurat gravem infamiam, aut detegatur corruptorum morum homo, ebrietati & luti deditus, &c. si sævitia viri detegatur; si gravem fortunatum etiam jacturam alteruter patiat; si dotem nolint, aut non possint dare parentes; si graves, & capitales inimicitie oriuntur inter sponso, aut eorum parentes, vel consanguineos; si vagari incipiat sponso, &c. si superveniat impedimentum juris dicimens, &c.

SECTIO III.

De matrimonio secundum se, ejusque essentiam.

§. I.

Quid sit matrimonium, & quod duplex?

COMMUNITER ex jure definitur matrimonium, quod sit maris, & femina conjunctio, individuum vite consuetudinem retinens; sicuti tamen aliæ juris definitiones non sunt semper ad Dialecticæ regulas exactæ, sed multa subintelligi volunt, ita etiam hæc juris definitio; clariùs loquuntur, qui dicunt, *matrimonium esse contractum legitimum, & indissolubilem, quo vir & femina sibi mutuam tradunt & acceptant, corporis potestatem, per signa exterioris expressa in ordine ad prolis generationem*. Dividitur autem matrimonium in legitimum, ratum, & confirmatum. Legitimum dicitur illud, quod legitimo consensu, inter personas habiles, juxta leges contractum est, quale etiam inter infideles habetur; ratum est, quod legitimum (id est, juxta leges & SS. Canones inter personas habiles contractum est) & insuper Sacramentum est, nondum tamen carnali copulâ consummatum; quæ si intervenerit post matrimonium contractum, consummatum dicitur, perfectum, & completum.

§. II

§. II.

De matrimonio, quatenus est Sacramentum.

Matrimonium in lege naturæ, & veteri, quamvis verissimum fuerit matrimonium, Sacramentum tamen propriè loquendo non fuit, sicuti modò est, quod in nova lege Evangelica inter fideles contrahitur, à Christo ad dignitatem Sacramenti elevatum, prout pluribus probant *Controv.* ac fides nos docet, ita ut hodie inter fideles baptizatos contrahi non possit verum matrimonium, quin sit Sacramentum, & privata sæpius errantium ob suã peculiarem hæresin intentio, per generalem & universalem faciendi, quod Christus instituit, corrigatur; prout pluribus videre est apud Theologos, quos de aliis etiam circa materiam & formam, circa Ministrum hujus Sacramenti, circa institutionem hujus Sacramenti, &c. videre potes, vel *Auth. Meth. hic.* Illud fortassis hæc adhuc dubitabis, utrum matrimonium per Procuratorem, vel per epistolam contractum sit validum, & Sacramentum. Cui dubio communissima hodie praxis responderet, quòd validum sit matrimonium, & Sacramentum, quamvis per Procuratorem, vel per epistolam inter absentes contractum sit, cum matrimonii contractus, quem ad dignitatem Sacramenti elevavit Christus, non aliter se habeat, quàm alii contractus, qui per Procuratores & epistolas validè contrahuntur; ita tamen, ut de jure tam antiquo in *c. ult. De Procurat. in 6.* quàm Trident. plures condiciones ad validè

mattimonialiter per Procuratorem contrahendum requirantur. Primò, ut legale mandatum habeat Procurator contrahendum taliter, & quidem in certa persona. Secundo, ut per se hoc negotium peragat Procurator, quoque alium substituat, nisi expressè à se ipsi concessum. Tertio, ut in medio intermedio tempore non revocet, prout ex alibi dictis jam patet. Quarto, ut consensus contrahentium per Procuratores tanquam interpretes, cum Parocho & testibus exprimat, ad validam matrimonii damnationem clandestinitatem; non quidem quasi consensus Procuratoris coram Parocho, & testibus fieri debeat, modò aliunde sufficienter probari possit; nec quòdum tempore, quando Procurator consensus in Principalis in tale matrimonium exiret, debeat Principalis hic sibi patens esse, & usu rationis frui, cum talis tempore fortassis dormire possit, sed quòd constituendo Procuratorem compo- sitionis fuerit, & liberè egerit, nec mandatum revocaverit, ac Procurator hinc nunc, dum coram Parocho & testibus consensum sui Principalis explicat, non ne utatur & liberè agat.

§. III.

De consensu requisito ad matrimonium.

Quòd ad validè contrahendum matrimonialiter, utriusque contrahentis obligationem conjugalem de presenti, consensus & acceptatio (aliter moraliter simultanea) requiratur, per verba ordinariè, aut signa exteriora, jura

morem patriæ explicanda, si dubia sint, seu obscura, certum est, & constat ex *c. Ex literis 7. c. Ex parte 9. h. t.* quamvis alie consuetudines patriæ non serventur *c. 1. h. t.* quæ de solemnitate quidem accidentali matrimonij nonnunquam esse possunt, non autem sunt de substantia matrimonij, de qua disponere non possunt tales privatæ consuetudines, sed jus naturale, vel jura Ecclesiastica, &c.

§. IV.

Virum ad valorem matrimonii contracti à liberis necessarius sit consensus parentum: Et an patria potestas se extendat ad retinendas uxores filiorum?

Respondetur primò, non requiri ad valorem matrimonij à liberis utriusque sexus contracti, consensum parentum, uti constat ex *c. Cum virum 12. De Regularib. & ex Trident. sess. 24. c. 1. De reformat.* cum in illis, quæ ad statum electionem pertinent, sui juris & liber sit quilibet, præsertim ad gravia onera matrimonij in se suscipienda; quamvis negari non debeat, de honestate & decencia esse, in re tam ardua, parentum etiam voluntatem exquirere, quod solum etiam SS. Canones innuunt, qui ita leges Civiles plus fortassis requirentes corrigunt, ut tamen decencie & reverentie erga parentes nihil derogent, dum ad consilium saltem Parentum audiendum inducunt liberos, sæpius etiam peccaturos, si sine consensu eorum matrimonium ineant.

Ad reddendas autem filijs suas, quas duxerunt uxores, cogi possunt, & debent

Compend. Pirking.

parentes, censuris etiam Ecclesiasticis, si injustè eas retineant. *c. Non est 11. h. t.* quamvis enim per contractum matrimonium non eximantur liberi patriæ potestate, §. final. *Instit. de patria potestate*, non tamen potestati soceri subjiciuntur uxores filiorum, neque patria potestas ad hæc spiritualia se extendit. *c. final. De judiciis in 6.*

SECTIO IV.

De matrimonio ficto, seu simulato, & coacto.

§. I.

An matrimonium fictè contractum sit validum, & ad quid obligetur, qui fictè contraxit?

Quòd matrimonium fictè contractum invalidum sit (quamvis ex parte unius tantum fictio intervenerit) ex defectu consensûs, clarè patet, & desumitur ex *c. Tria nos 26. h. t.* ita tamen, ut in foro nonnunquam exteriore, ubi fictio probari non potest, pro matrimonio valido judicetur, neque credatur afferenti fictionem, in præjudicium alterius; & in foro etiam interno grave peccatum injustitiæ, & sacrilegii taliter fictè contrahens committat, ob deceptam turpiter alteram, cum qua fictè contraxit, & læsam graviter Sacramenti reverentiam, ad quam verus consensûs requiritur. Et hinc fieri etiam potest, ut, cum deceptor aliter damnum personæ illatum, eum qua fictè contraxit, reparare

0000

non

non possit, obligatus maneat ad verè consentiendum, & validè contrahendum, nisi cum alia jam contraxisset vero consensu matrimonium; vel nisi & illa, cum qua fictè contractum est, decepisset fictè contrahentem, cum in tali casu deceptio deceptioe compensetur; vel nisi ob inæqualitatem personarum incommoda alia plura, & infelices exitus, &c. timeri ex tali matrimonio possent.

§. II.

An matrimonium ex metu contractum sit validum?

Quod matrimonium ex metu gravi, injustè, & ad extorquendum matrimonium incusso, contractum, nullum sit, saltem de jure positivo Ecclesiastico, ex ut. 40. Lib. 1. Decretal. jam patet, ubi etiam §. 1. dictum, quis metus gravis habeatur, & §. 5. quæ conditiones aliæ requirantur, ut matrimonium gravi metu extortum nullum sit, cum enim matrimonium sit indissolubile, & consequenter semel validè contractum, rescindi non possit, prout possunt alii contractus, ergo, ut consulatur gravem in etum passo, debuit nullam declarari matrimonium, quod metu gravi extortum est. Vide *Auct. Meth. hic, vel in Tit. 40. citat. L. 1. Decretal.* Si tamen metus ille gravis injustè, ab extrinseco, & directè ad obtineandum matrimonium, incussus fuit, prout etiam habetur ex c. *Cum locum 14. & ex c. Veniens 15. h. 1. & ex c. 2. De eo, qui duxit, &c.*

§. III.

An si mulier invito cum alio Matrimonium contraxit, nec in ista specie consensit, valeat Matrimonium alteri postea nuptas. Item an nuptas Matrimonium, metu gravi contractum, spontaneam cohabitationem recipiat, & convalescat.

Resp. 1. ex c. *Veniens 15. h. 1. quod si mulier coacta seu invito in nuptas rem ducta fuit, & postea aliter contractum posterius hoc matrimonium valeat, prius gravi metu injustè extortum nullum fuerit, nisi per spontaneam cohabitationem metus ille purgatus fuerit, jurequam secundum matrimonium contractum fuit, de quo mox.*

2. ex c. *Ad id 21. h. 1. quod si matrimonium metu gravi contractum per spontaneam subsequentem cohabitationem utriusque conjugis convalescat, ratificetur, quia talis morae cohabitatio est sufficiens signum spontanei consensûs, postmodum habitus, qui non requirebatur ad valorem matrimonii. Plura tamen adhuc requiruntur, ut cohabitatio talis vim habeat spontanei consensûs in foro externo, primo, scilicet ut sciat ille, qui per cohabitationem vult ratificare censetur matrimonium quod matrimonium hoc forum nullum fuerit, ne errore tantum, quem irreversibilem putat, cohabitare aliter videtur. Secundò ut cohabitatio talis diuturna moraliter fuerit juxta prudentis patris arbitrium. Tertiò ut omnis causa*

ris causa cessaverit, & omnino spontanea haberi possit talis cohabitatio &c.

§. IV.

An si Mulier neget, se in Matrimonium consensisse, sit ei fides habenda: vel si probare velit, se per metum gravem sibi illatum consensisse, sit audienda?

AD utramque hanc quæstionem respondet Pontifex in *s. Consultationi 28. h. t.* quod nempe mulier audiri non debeat, negans, quod in matrimonium consenserit, si legitimis testibus contrarium probet sponsus, neque enim simplex illius assertio, ad multas fraudes cavendas, prævalere debet legitimis probationibus. Quod si tamen ante carnalem copulam, vel immediatè post illam acceptà quidem benedictione, à sponsis tamen aufugiant tales mulieres, dicentes se nunquam in Matrimonium consensisse, sed metum sibi illatum fuisse, vult Pontifex, non negandam illis audientiam, sed diligenter inquirendum (ab Episcopo scilicet) qualis metus ille fuerit, & si probatum fuerit, quod metus fuerit (respective saltem) gravis, audiendis illas esse, & à viris separandas, & declarandum irritum esse Matrimonium.

§. V.

Virum Matrimonium ex metu levi initium sit nullum, & an contractum ex metu reverentiali?

AD priorem quæstionem ut respondeatur, probabilius est, non esse

taliter ex metu levi contractum Matrimonium invalidum, sed validum, prout probatur à contrario sensu ex *c. Veniens 15, & c. Consultationi 28. h. t.* & habetur etiam ex *L. Nectimorem 7. §. 1. ff. de eo, quod met. caus.* & probatur etiam, cavendarum licitium multitudo, quæ merito timeri posset, si metui etiam huic nullitas, aut rescissio contractus concederetur.

Ad posteriorem quæstionem satis jam videtur responsum in *cit. Tit. 40. Lib. 1. Decretal. §. 1.* quem vide.

§. VI.

An Matrimonium gravi metu initium confirmetur per juramentum adjectum, vel per copulam subsequentem?

QUOD per adjectionem juramenti non fiat validum, si gravi metu iniuste incusso &c. contractum fuit, ex *c. 2. De eo qui duxit*, patet, & defectus spontanei consensûs probat, quem juramentum adjectum, eodem modo extortum, non supplet, quod juxta naturam actûs, cui adjicitur, explicandum est, *c. Quemadmodum de jurejurand.* Quod autem per copulam subsequentem non ratificetur, aut validum fiat, si gravi metu hoc extorqueatur, idem defectus liberi consensûs probat, quem taliter extorta copula non supplet, & quod eadem incommoda sequantur ex matrimonio tali metu extorto, & consummato, quæ sequuntur ex matrimonio gravi metu extorto, & non consummato, si ergo hoc juxta Ecclesiæ constitutionem,

Ooo o 2

tionem,

tionem, nullum est, erit & illud nullum, & copula taliter extorta fornicaria.

SECTIO V.

De Unitate & indissolubilitate Matrimonij.

§. I.

An Matrimonium sit necessario unius viri cum una femina, & an, ac quo jure polygamia sit prohibita?

Successive plura matrimonia contrahere, & mortuam priore conjugem, aliam ducere, semper licitum fuit, i. ad Corinth. 7. Simul tamen ut vir unus plures habeat uxores, est contra primam institutionem Matrimonij, & jure naturæ nullum, nisi Divina dispensatio interveniat, prout probatur ex c. 2. Genes. & notat etiam Pontifex in c. Gaudemus 8. de divort. cum hæc pluralitas, saltem secundario fini Matrimonij pacificæ scilicet conjugum cohabitationi, & gubernationi domesticæ &c. adversetur.

Polygamia autem unius uxoris cum pluribus viris, aded juri naturæ, etiam contra primarium finem matrimonij, quoad proles generationem, contraria est, ut nunquam permittitur legatur (quamvis probabilis sit, quod etiam hæc polygamia per absolutam DEI Potentiam, concedi possit) unius verò viri cum pluribus uxoribus polygamia, olim quidem, in veteri testamento, ex dispensatione Divina licita fuit aliqui-

bus, hodie tamen in novo testamento, de hac etiam polygamia, & dispensatione nihil scimus, cum ad primam suam institutionem matrimonium vocatum sit, & unam Christi unica conjunctionem significat.

§. II.

Qualis certitudo sit necessaria morte prioris conjugis, ut possit alteri conjugii licite ad alium prius transire,

Non sufficere moralem tantum probabilitatem, sed requiritur certitudinem de morte alterius, ut superstes ad secundum vota transire possit ex c. in presens 17. h. 1. & c. 2. de secundis nuptiis patet. Certitudo ad secunda vota transire non licet, nisi certus sit aliquis (saltem moraliter) non haberi non solet, quam certitudo non ad plurima licite agenda de morte alterius, diuturna autem absentia, & tertius conjugis, vitam quidem illam probabilem reddat, & probabilem faciat, non verò certam, & conditio prioris etiam vinculi ad mortem alterius indissolubilis obligatio, cessari non potest soluta, ut ad vota transire liceat, sed manet illa in possessione, ita ut non liceat ab obligatione recedere. Et quamvis in Quoniam s. s. si autem, si licet non transire &c. dicatur sufficere veritatis præsumptionem, ut permitti possit conjugii superstiti alterum Matrimonium inire, videtur tamen textus hic aliquibus

In posterioribus juribus magis declaratus, vel etiam correctus (quod certissimum est, de correctione Juris Civilis ex diuturna v. g. annorum absentia, mortem præsumentis, & ad secunda vota transitum concedentis) vel de casu quodam loqui, ubi tantum præjudicium non inferitur, si ad alia vota conceditur transitus. Quando autem moralis certitudo habeatur, si testes sufficientes de visu deponentes non adsint, ex pluribus circumstantiis à prudenti judicio Judicis Ecclesiastici dependet, & desumi potest.

§. III.

An & quo jure Matrimonium sit indissolubile?

Matrimonium semel legitime contractum indissolubile esse quoad vinculum, non quidem jure naturæ, sed jure naturali Divino, probatur etiam ex c. *Unico de voto in 6.* & ex Trident. sess. 24. de sacram. Matrimon. & ex Evangelista Mattheo, 19. exigente hanc indissolubilitatem, non tantum prolis generatione, sed vel maxime bonâ prolis educatione; omnimodam tamen indissolubilitatem consummati Matrimonij inter fideles baptizatos, præceptum Christi etiam probat, prohibentis Matth. 19. ne separet homo, quod DEUS conjunxit, & Marci 10. v. 11. absolute dicentis, adulterium committere, qui dimiserit uxorem, & aliam duxerit.

✠(O)S

§. IV.

An & quibus modis dissolvatur Matrimonium ratum, & non consummatum.

Quod per professionem religiosam dissolvatur etiam quoad vinculum, ratum Matrimonium, nondum tamen consummatum, ex Tit. 32. prioris Libri Decret. patet; quod autem per dispensationem Pontificis matrimonium ratum, nondum consummatum, inter fideles dissolvi quoad vinculum possit, negant quidem multi, plures tamen, & communior affirmat, & ex praxi, ac factis Summorum Pontificum probatur, tum quod Matrimonium ratum non omnimodam insolubilitatem Christi cum Ecclesia significet, sed Christi cum anima tantum fideli, quæ sæpius per peccatum dissolvitur; prout habetur ex c. 1. *Debitum 5. de bigam. non ordinandum* quod indirecta in jure Divino dispensandi potestas videatur Pontifici necessaria ob bonum totius Ecclesiæ.

SECTIO VI.

De Impedimentis Matrimonij.

§. I.

De Impedimentis Matrimonij in genere.

Impedimenta Matrimonij sunt in duplici differentia, alia dicuntur impedientia tantum, quæ impediunt, quo minus licitè, non tamen quo minus valide

00003

lidè

lidè matrimonium contrahatur, alia dicuntur dirimentia, non quòd Matrimonium semel validè contractum, si illi superveniant, dirimant, sed quia impediunt, ne validè Matrimonium contrahatur. Talia impedimenta statuere, sive impediencia illa sint, sive dirimentia, inter fideles posse Ecclesiam, seu Summum Pontificem, ex justa causa, ex Trident. sess. 24. de sacram. Matrim. can. 3. & 4. patet, non quidem quòd immutare possit materiam, & formam hujus Sacramenti, sed quòd contractum humanum irritum faciendo impediatur, ne contractus talis sit Sacramenti hujus Materia; aut personas aliquas, ex justa causa inhabilet ad contrahendum Matrimonium. Et quamvis, seclusis Ecclesie constitutionibus, quilibet etiam Laicus Princeps, qui potestatem habet ferendi leges, impedimenta talia pro suis subditis constituere posset, cum matrimonium sit contractus civilis, eorum directioni, & potestati non minùs subiectus, quam sint alij contractus civiles, quia tamen ad dignitatem Sacramenti contractus hic inter fideles elevatus est, consequenter Ecclesia sibi reservavit impedimenta statuendi potestatem, ita tamen, ut consuetudo legitimè introducta talia juris Ecclesiastici impedimenta iterum abrogare possit.

§. II.

De quibusdam impedimentis Matrimonij contrahendi in specie, de quibus agitur in hoc Titulo.

Potissima Titulorum hujus Libri materia est, explicare impedimenta Matrimonij. Sunt tamen aliqua, de

quibus in Specie hoc Titulo mentio fit & quidem hoc in §. generalia quædam de impedimentis asseruntur. Primum quidem quòd unius etiam testimonium de illicito concubitu, qui affinitatis radix est, non persona aliqua, habito, affinitatis impediatur, quòd minùs validè matrimonium cum hac persona ab eo contrahi possit, qui in secundo saltem gradu sanguineus est, illi, qui illam copulam habuit cum persona tali c. p. terea. 12. h. t. & c. super eo. 22. de testibus quia in tali casu agitur de peccato mundo, ad quod unius etiam testimonium (cæteris paribus) sufficit, modò talis, ut testis, deponat, & non tantum denuntiet; juret etiam; & non tantum de auditu deponat; nec sit vitiosa persona.

Secundò si fama sit impedimenti inter eos, qui contrahere volunt, innotuerit, & fama plenè probetur in publico judicio, vel notoriè de ea constet, sufficit ea ad impediendum Matrimonium contrahatur. c. Cum in tua. 27. nisi contraria probatio, que contrariam hanc assertur, fortior sit probatione famæ, & hanc elidat. c. l. de V. famam. Ad quam elidendam adducitur etiam juramentum Contrahentium contra famam negantium, ut hos consanguineos esse, si tamen per Judex, personas tales esse, que ad probandum admitti possint, cujus vitio res hæc permittitur.

Tertid, quòd lite pendente super prore Matrimonio, illicitè quidem contrahatur, qui lite taliter pendente contrahatur, si tamen postmodum appareat, nullum fuisse prius matrimonium, potest & de

bet in hoc secundo suo matrimonio permanere, qui lite pendente taliter contraxit, leparandus tamen ab hac posterius ducta, si pro valore prioris matrimonij pronuntiatum fuit, prout colligitur ex c. *Cum in Apostolica* 18. h. t. neque enim à jure Canonico sola litis pendencia super priore matrimonio impedimentum dirimens est, quamvis prohibeatur talis contrahere, ob periculum peccati, quod potest subesse, si prius matrimonium validum esset.

§. III.

De Impedimento erroris personæ.

ERror circa substantiam personæ, jure naturæ reddit matrimonium irritum (ob defectum consensûs in hanc personam, circa quam substantialiter errat) sive error hic sit antecedens, sive concomitans, cum ille contractum matrimonij cum hac determinata persona faciat involuntarium; hic verò concomitans error facit contractum cum hac determinata persona saltem non voluntarium, aufecens positivum consensum in hanc determinatè personam, qui tamen requiritur. Quod si tamen error sit tantum circa qualitates personæ, cū qua quis contrahit, putans ex errore nobilem illam, divitem, formosam &c. cum tamen plebeia illa tantum sit, mediocrius, vel etiam nullarum divitiarum, & pulchritudinis &c. quamvis error talis det causam contractui, & ex dolo contrahentis proveniat, non irritat quidem, nec invalidum facit Matrimonium cum tali errore, & per dolum alterius contractum, cum taliter contractum Matrimonium tantum involuntarium sit secundum quid, circa

qualitates aliquas accidentales, quæ tantum habent per modum alicujus causæ impulsivæ; potest tamen per accidens fieri, ut nullum taliter contractum Matrimonium sit, si scilicet qualitas, circa quam erratur, expresse apponatur per modum conditionis, cujus incuitu in matrimonium tale consentiat alter; expresse asserens, se non consensurum, nisi conditio talis subsit. Et secundo si error circa qualitatem redundet in errorem personæ. Prout pluribus explicant Theologi morales, qui videri possunt.

§. IV.

De Impedimento Matrimonij orto ex cultûs, sive religionis disparitate.

Disparis cultûs, & religionis censetur illud matrimonium, quod à fidei baptizato, cum infideli non baptizato contrahitur: esse autem hanc cultûs disparitatem impedimentum dirimens matrimonij, jure Ecclesiastico introductum, ita ut nullum sit tale Matrimonium fidelis baptizati cum infideli non baptizato, communissima praxis Ecclesiæ docet, ex traditione Apostolorum, in vim Legis obligante, quibus videbatur inconveniens, à fidei contrahi Matrimonium, quod non est Sacramentum. Quod si verò persona Catholica cum hæretica contrahat, illicitè quidem facit (nisi iusta dispensatio, vel communissima praxis, & recepta consuetudo, ubi hæretici cum Catholicis permixti vivunt, uti fit in nostris partibus septentrionalibus, licita talia faciat) si sine perversionis periculo, & liberorum in hæresi educandorum conditione con-

tra-

trahantur) validum tamen est illius (cæteris paribus) matrimonium.

§. V.

De dispensatione impedimentorum matrimonii.

In impedimentis, jure naturali, vel divino matrimonium dirimentibus, propriè dispensare, nec Summus Pontifex potest, cum inferior non possit legem Superioris tollere; in impedimentis tamen, solo jure Ecclesiastico matrimonium dirimentibus, potest dispensare Summus Pontifex, validè quidem etiam sine justa causa, non tamen licitè sine justa causa, prout probat ratio superioritatis in lege propria dispensare potentis; ordinariè tamen sine speciali à Summo Pontifice concessa licentia, dispensare in his non potest Episcopus, nisi extraordinaria necessitas cogeret, quæ moram non pateretur, cum in tali casu non videatur sibi reservasse dispensandi potestatem Summus Pontifex. Communiter autem plures referuntur causæ, ob quas dispensari potest à Pontifice, Prima est extinctio gravis discordiæ, & gravium scandalorum evitatio. Secunda est, quando non reperitur in ea vicinia matrimonium æquale, nisi cum consanguineis, vel affinibus. Tertia est conservatio amplissimarum opum, vel illustris sanguinis in eadem familia. Quinta merito petentium, &c.



SECTIO VII.

De mutua coniugum obligatione quoad cohabitationem, alimentorum præstationem, liberorum educationem, & de obligatione conjugum ad debitum conjugale.

§. I.

An teneantur conjuges simul cohabitare, & mutuo sibi præstare alimenta, & qua sit obligatio conjugum ad alendos & educandos liberos?

Quod simul ut plurimum habitare teneantur conjuges, non tantum in eadem domo, sed eadem etiam mensa & thoro utentes, patet ex c. 1. & 2. de conjug. leprof. & ex c. 2. de consensu, ubi uxor teneatur sequi virum, tanquam caput familiæ, domicilium mutantem, ubi in pactis matrimonialibus aliter cautum esset, aut sine periculo gravi sequi non posset; vel certè longam peregrinationem instituentem sine magno incommodo comitari non posset, respiciendo contractum matrimonium vagari vir acciperet, ad quod uxor infida non se obligavit, &c.

Teneatur etiam vir ordinariè uxorem, & familiam alere, quia dotis fructus ideo percipit, nisi uxor à viro sine bona culpa, aut justâ causâ discedat, aut dos promissa quidem, soluta tamen non sit. Dicitur tamen ordinariè, si enim potest

perem & indotatam duxerit, alere eam tenetur, etiam si nullo fructus dotis percipiat; sicuti etiam uxor dives maritum pauperem alere debet, uti ratio naturalis etiam probat.

Ad filios tamen ex se natos, si indigeant, sustentandos, & pie ac honeste educandos, uterque parens tenetur, uti ex Apostolo etiam patet ad Ephes. c. 6. & 1. ad Corinth. 12. maxime pater, qui est caput familiae, ita ut obligatio hac ob inopiam parentum ad avos etiam paternos, & maternos transire possit; & cura illegitimae proles alendae primo trinio matri competat: & quamvis jus Civile hac in materia rigidius videatur loqui, prohibens alimenta praebere à parentibus,

spuriis, seu ex damnato coitu natis *Authen. Ex complexu. Cod. de incestis nuptiis, &c.* mitius tamen est jus Canonicum, rigorem juris Civilis corrigens, ita ut juxta illud parentes quicumque filii etiam illegitimis alimenta moderata praestare debeant. c. *Cum haberet 5. De eo qui duxit, &c.*

§. II.

De obligatione mutua conjugum ad usum, seu actum conjugalem.

Satis multa de hac materia, quae tota prope ad forum conscientiae pertinet, agunt Theologi Morales, qui passim consuli possunt.

TITVLVS II.

DE DESPONSATIONE IMPUBERUM.

§. I.

Qua aetas requiratur ad sponsalia de futuro?

AD contrahenda sponsalia de futuro requiruntur septem anni completi, tam in maribus, quam in feminis, prout sumitur ex c. *Liberas 4. & c. Accessit 5. h. 1.* ob usum rationis, communiter cum hac aetate plenum; & hinc non tantum juxta L. *In sponsalibus 14. ff. De sponsalibus.* si in tali aetate usus rationis non habeatur, nulla erunt sponsalia, ob defectum usus rationis, sed etiam, si septennium nondum completum sit (nisi

Compend. Pirking.

malitia suppleat aetatem) quamvis una tantum dies deesset, ita tamen, ut in favorem matrimonii ultima septennii dies inchoata habeatur pro completa. *argum. L. à qua aetate 5. ff. Qui testamenta facere possunt.* & quae ante septennium completum nulla fuerunt, ita, ut nec impedimentum publicae honestatis produxerint, rata sint, si post septennium completum expressè, vel tacite ratificentur.

—*—*—

Pppp

§. II.

§. II.

An sponsalia ab impuberibus contracta dissolvantur per solum dissensum alterius, postquam pubes factus est?

SI ab impuberibus, septennio tamen majoribus, sponsalia contracta fuerint, neuter resiliere potest, ante pubertatem, (ne propter aetatis inconstantiam saepius contrahant, & saepius resiliant) post pubertatem tamen uterque potest, (ne cogantur approbare, quod non satis firmâ aetate fecerunt) *c. De illis 7. h. t.* ita ut qui prius pubes factus est, statim resiliere possit à sponsalibus, nec teneatur expectare, donec etiam alter pubes factus fuerit, quia frustra expectatur eventus, cujus nullus est effectus, *c. Cum conting. 36. De offic. Iud. deleg.* neque tamen, si pubes cum impubere contraxit, illi resiliere licet, quamvis impuberi, qui cum tali pubere contraxit sponsalia, resiliere liceat, ut patet ex *cit. c. §. Mulier.* quia contractus potest in favorem minoris claudicare, modò resiliat in continenti, ut iura loquuntur, id est, intra triduum, saltem post adeptam pubertatem.

Quòd si tamen juramento hæc impuberum sponsalia, majorum tamen septennio & proximorum pubertati, confirmata sint, vel si impuberes de presenti contraxerunt, de jure antiquo, per copulam habitam; probabilius est, neutri licere pubertatem adepto resiliere, ut probari potest ex *c. Ex literis. 10. de sponsal.* (quia talibus periculosum est

contra juramenta sua venire) & *et c. nobis s. h. t.* cum talis conjunctio copulam facta saltem habeat vim verborum sponsalium.

§. III.

Utrum sponsalia inter impuberes vel inter impubere & puberem una sint valida, vel nulla. & quatenus convalescant?

AD primam questionem et ob id jam patet responsio, quòd licet, si impuberes, vel impubes unus, & septennio minor, alter verò pubes sponsalia contraxerint, vel parentes eorum, horum loco, non tantum nulla sint, ut dictum, sponsalia talia, sed neque per lapsum temporis convalescant, nisi appareat liquidò, verbo, vel facto plerumque eos post septennium etiam in eadem voluntate contrahendi sponsalia perseverare. *c. Si infantes unico. h. t. in 6.* Convalescunt autem verbo, si se invicem sponso vocent, vel facto, si vel manum se, ut sponso osculentur, vel cohabitent invicem, &c. vel si malicia suppleat aetatem, id est, si eâ præditi sint, etiam ante septennium, discretionem, & auctoritatis, ut intelligant, quid agant, & quam sibi obligationem imponant, ut etiam ex *cit. L. In sponsalibus probantur* potest.

Quòd si tamen tales impuberes, vel impubes cum pubere de presenti contrahant sponsalia, quæ in aliis legitimis casibus verissimum matrimonium est, si nec proximi sint pubertati, nec malicia suppleat aetatem, contractus ille, ex iura fictione

fiatione vim quidem sponsalium de futuro habet, & impedimentum publicæ honestatis parit, matrimonium tamen, ob defectum legitimæ ætatis, non est, nec lapsu tantum temporis, si ætas v. g. compleatur, in matrimonium de præfenti conualefcit, juxta *reg. 18. non firmatur*, nisi per novum consensum præfentum, expressè, vel tacitè ratificetur & approbetur.

§. IV.

An, & quatenus filii, ex sponsalibus per Patrem pro se contractis, obligentur?

Si parentes, pater scilicet, vel mater, pro filiis sufficientem ætatem, & usum rationis habentibus, sive puberes illi sint, sive impuberes, contrahant, ita ut hi expressè consentiant, vel saltem tacitè, non contradicendo, cum tamen possent, & præfentes fuerint, valet (cæteris paribus) matrimonium tale, vel sponsalia talia, & ex illis oritur publica honestas; non tamen valet contractus talis à parentibus factus, si factus fuit, absentibus liberis, & ignorantibus factum parentum, etiam si postmodum, quando factum suorum parentum rescunt, taceant, & nihil contradicant, sed ad valorem taliter contractorum sponsalium, aut matrimonii requiritur expressus, vel tacitus saltem absentium liberorum consensus, juxta *cit. cap. unicum*

in *6. h. t. §. Porro*. videatur etiam *c. Tua 1. h. t.* & quæ habet Auctor *Method.* tam in hoc, quam sequentibus duobus §§, *ex c. Continebatur 6. & c. Ex literis 11. h. t.* & pluribus aliis sufficienter jam explicatis, & post Tridentinum vix alicujus usus.

§. VII.

De ætate requisita ad matrimonium contrahendum, & de pubertate, & quando malitia suppleat ætatem?

Matrimonium validè contrahere non possunt, qui nondum ad legitimam ætatem à Canonibus præscriptam pervenerunt, ita ut nullum sit matrimonium ex defectu ætatis, quod contrahitur à fœmina ante duodecimum ætatis annum completum, à masculo verò ante decimum quartum ætatis annum completum, qui anni de jure communi in utroque sexu anni pubertatis habentur, nisi in casu causæ urgentissimæ cum illis, qui proximi sunt pubertati, ab Episcopo v. g. dispensatum fuerit, vel malitia suppleat ætatem, prout sumitur ex *c. Vbi non est 2. & c. De illis 9. h. t.* censetur autem malitia supplere ætatem, si potentiam habeant ad generandum, & rationis judicium sufficiens ad cognoscendum statum conjugalem, & ejus perpetuum ac indissolubile vinculum.



PPP p 2 TITV-

T I T U L U S III.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

§. I.

Virum matrimonia clandestina jure antiquo non solum fuerint prohibita, sed etiam invalida, quâ ratione poterint jure novo ab Ecclesia irritari?

QUæ matrimonia clam sine Parocho, & testibus contrahuntur, dicuntur matrimonia clandestina: ea semper quidem in Ecclesia prohibita fuerunt, & illicita, ob multa, & gravia incommoda, non fuerunt tamen ante Concilium Tridentinum invalida, prout certa & communis sententia habet, juxta *Can. Nullus 2. can. 30. q. 5. & c. 2. h. 1. & Trident. sess. 24. c. 1. De reformat.* hodie tamen post *Concil. Trident. L. c.* sunt invalida, si aliter quàm præsentem Parocho, (quamvis hic Sacerdos non sit, modò sit alterutrus sponsi Parochus) vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu ordinarii licentia, ac duobus, vel tribus testibus, (quales quales illi sint, modò advertant, quid agatur) contrahant, ad plura scilicet gravissima incommoda præcavenda, invalidante Ecclesiâ matrimonia talia clandestina, non quidem per se & directè annullando Sacramentum, quod in Ecclesiæ potestate non est, sed indirectè tantùm, & per accidens, annullando scilicet contractum Civilem, & humanum immediatè, & per consequens

irritum etiam faciendo Sacramentum. Quæ irritatio clandestinorum taliter acceptorum matrimoniorum adeo certa est, ut in Ecclesiis, ubi promulgatum decretum illud Tridentini fuit, etiam illi qui decretum hoc invincibiliter ignorantes nulliter clandestinè contrahunt, qui te irritans etiam ignorantes in ordine ad nullitatem actûs obligare possit; unde qui clam, aut præsentem quidem in parte viciniae parte, absente tamen Parocho, contrahunt, in articulo v. g. necesse est, aliâ quacunque necessitate, cum debente forma substantiali ad validum actûs requisitâ, sicuti requiritur ad validum matrimonium, Parochi v. g. præsentem, actus sollemniter non possit; quòd si tamen in casu, qui facie Ecclesiæ, coram Parocho sollemniter testibus matrimonium contractum est, ob impedimentum tamen occultum revalidum, cessante postmodum, & sublato legitime impedimento revaleatur, non est necessarium, ut coram Parocho & testibus, hæc revalidatio fiat, si impedimento tali publicè non constitit, cum incommoda, ob quæ clandestina matrimonia irrita facta sunt, satis in tali casu caveri possint.

§. II.

An etiamnum in locis, ubi decretum Concilij Tridentini non est receptum, aut promulgatum, matrimonia clandestina sint valida?

Respondetur affirmativè, sive inde locus ille, ubi Decretum hoc Tridentini promulgatum, sive receptum non est, sic Catholicus, sive hæreticus, qui Concilium expressè dicit, decretum hoc suum invalidans matrimonia clandestina, robur suum non habere, nisi in Parochia aliqua publicatum illud fuerit, & quidem post triginta dies à die factæ primæ promulgationis; & hinc non tantum certum est, quod Christiani apud Turcas v. g. captivi, aut mercatores v. g. inter infideles viventes, &c. possint validè in illis locis clam contrahere, sine præsentia Parochi, & testium, etiam si in loco domicilii Tridentinum sit receptum, sed probabile etiam est, eos etiam, qui ad terras tales, ubi Tridentinum promulgatum, aut receptum non est, animo contrahendi clandestinè discedunt, validè contrahere clandestinè, cum peregrini legibus illius patriæ, præsertim circa contractus, accommodare se possint, (nisi peculiaris aliqua lex obstet,) & qui ex patria discedunt, ubi Tridentini decretum hoc receptum non est, non possint in loco, ubi receptum Tridentinum, quoad hoc decretum est, validè clandestinè contrahere, cum plerumque in materia contractuum ejus loci leges, & solemnitates servare debeant contrahentes, ubi contrahunt. Vide plura de his apud Theologos Morales.

§. III.

Utrum necessarium sit ad valorem matrimonij, ut assistat proprius utriusque contrahentis Parochus, & intra propriam Parochiam, & qualis præsentia Parochorum, aut testium requiratur?

Ad primam quæstionem jam responsum fuit, sufficere scilicet, si alterutrius, sponsi scilicet, vel sponsæ, Parochus, vel ordinarius assistat, quamvis sit excommunicatus, suspensus, vel irregularis, modò actualiter non sit depositus, & quamvis titulum tantum coloratum habeat cum communi errore, &c. tum quod idem utriusque sponsi, quoad hunc actum, hujus Sacramenti censeatur Parochus, tum quod Sacerdotii qualitas in Parocho non petatur à Concilio, tum quod Sacerdotii qualitas in Parocho non petatur à Concilio, tum quod censuræ illæ non tollant rationem Parochi proprietatis, & assistentia talis non tam sit actus jurisdictionis, quem fortasse taliter censuratus exercere non potest, sed sit actus testimonii, ex dispensatione juris ad valorem matrimonii requisitus, ad quod sufficit etiam titulus tantum coloratus cum communi errore. Imo vagi contrahere possunt validè & licitè coram quolibet Parocho, juxta probabilem sententiam; probabilius tamen est, quod coram eo Parocho legitimè tantum contrahant, in cujus Parochia tum versantur, cum alia etiam Sacramenta ab hoc petere & percipere debeant: quicumque tamen Parochus vagos tales conjungit, diligenter præstare debet, quæ ipsi à Tridentino

uno sess. 24. c. 7. De reformat. injunguntur, ut tales scilicet non conjugat, nisi diligentem prius inquisitionem de statu illorum, & habilitate fecerit, ac licentiam ab ordinario obtinuerit, ob periculum, ne tales cum impedimento dirimente nulliter contrahant.

Ad secundam quaestionem respondetur validum fore matrimonium, cui Parochus alterutrius sponsi, vel sponsæ se licet assistat, etiam si assistat extra propriam Parochiam, aut in aliena etiam Diocesi; cum hæc assistentia, ut dictum, non sit actus jurisdictionis, saltem fori contentiosi, qui extra propriam Diocesi exerceri non possit; probabile tamen est, quod talis Parochus extra propriam Parochiam assistens matrimonio, si solemniter assistat sine licentia ordinarii, vel Parochi loci, peccet, & puniri possit, propter scandalum, quod potest dare, involando in officium alterius.

Ad tertiam quaestionem etiam jam responsum, moralem & humanam debere esse presentiam Parochi, & testium in casu validi matrimonii, ut sciant scilicet, & advertant, quid agatur, sive casu tantum intervenerint, sive volentes, sive inviti interfuerint, sive proprio sensu hoc, quod agitur, advertant, sive per interpretem intelligant, ita ut non sufficiat sola Physica presentia, quæ nihil eorum, quæ aguntur, advertit, neque enim in jure censetur presens, qui non adest more humano intelligens, vel judicans quid fiat.

§. IV.

An, & quâ ratione denuntiationes publica procedere debent ante matrimonium?

Denuntiationes, seu proclamationes sunt monitiones quædam, quæ præmittuntur matrimonio contrahendo, ut si quis Canonicum impedimentum inter sponfos sciat, illud intra certam competentem aperiat, v. g. Parochus, ut hic ulterius rem hanc delectat, si de veritate indagare possit, ac non dubitans si probabilis conjectura sit, de impedimento interveniente: & quædam hæc denuntiationes de essentia matrimonii non sint, cum hoc validum sit, contra etiam illis, ut ex Trident. colligitur, quod præcipit quidem denuntiationes non irritat tamen matrimonium si omittis; omitti tamen non possunt in peccato gravi tam à Parocho assistente, quam à sponfis contrahentibus, nisi per his sic dispensatum, ex justa causa Episcopo (cujus prudentia res hæc Concilio committitur) vel ejus Vicario, vel in quibusdam casibus, ex consuetudine, à loci Parocho, ita tamen ut in quibusdam casibus nonnunquam debent etiam post contractum matrimonium denuntiationes istæ, ante matrimonii consummationem, de quibus plura Theologi Morales, quos citat

§. VI.

De probatione matrimonii clandestini, & eius publicatione.

Materia hujus Paragraphi, cum hodie in partibus nostris, ubi Tridentini decretum promulgatum & acceptum est, vix utilis sit, legi potest in c. *Siquis 1. & c. Quod nobis 2. h. t.*

§. VII.

De penis matrimonii clandestini, & clam contrahentium, vel ei assistentium.

Duae potissimum pœnae sunt matrimonii clandestini. Prima est, quod filii ex eo geniti sint illegitimi, quamvis bonâ fide, ignorantes sui matrimonii nullitatem, parentes contraxerint, licet enim in aliis casibus, ubi propter impedimentum dirimens matrimonium, invalidè quidem, bonâ tamen fide conjugum, aut unius conjugis, suum impedimentum ignorantium, præmissis tamen denuntiationibus, contractum fuit, liberi ex tali matrimonio geniti legitimi habeantur, in favorem bonæ fidei, juxta c. *Ex tenore 14. Qui filii sunt legitimi.* in casu tamen, quo clandestinè contractum fuit (omissis scilicet denuntiationibus)

favor hic non conceditur liberis ex eo matrimonio genitis, cum parentes eo ipso, quod clam contrahere voluerint, videantur sibi malè conscii fuisse, & non bonâ fide egisse, cum neglexerint ulteriorem veritatem inquirere.

Secunda pœna est, quod separandi sint à se invicem hi tales putativi conjuges, & spe dispensationis impetrandæ careant, si in gradibus prohibitis scienter contraxerint (ita statuentem Tridentino ob contemptum Ecclesiæ) & pœna etiam arbitraria tam ipsi clam contrahentes, quam testes huic clandestino matrimonio (sine Parocho scilicet, aut debito testium numero) assistentes puniendi sunt. Parochus verò, vel alius Sacerdos ex licentia Parochi, sine testibus requisitis assistens, per triennium ab officio suspendendus est, gravius etiam puniendus, si culpæ qualitas postulaverit. c. *Cum inhibitis 3. §. final. h. t.* quam tamen triennem suspensionem sublatam hodiè per Tridentinum (quod pœnam arbitriam statuit) putat Sanchez, in casu quo sine sufficientibus testibus assistit matrimonio Parochus, quæ pœna arbitraria sæpius etiam imponenda est contrahentibus, quamvis coram Parocho & testibus contrahant, si denuntiationes tamen culpabiliter omiserunt.



**TITVLVS IV.
DE SPONSA DUORVM.**

§. I.

Si quis bina sponsalia cum diversis contraxerit, quanam sint servanda?

SI quis sponsalia de presenti, sive matrimonium, contraxit successivè cum duabus, debet adhærere primæ; si verò prius contraxit sponsalia de futuro cum una, & postea per verba de presenti matrimonium cum altera debet adhærere secundæ, prout sumitur ex *Duobus 1. h. t.* in priore enim casu non poterat cum posteriore matrimonium contrahere, priori jam legitimo vinculo obligatus matrimoniali; in posteriore verò casu, cum priori vinculo sponsalium de futuro, novum & fortius vinculum sponsalium de presenti, sive matrimonii superveniat, consequenter ad hoc posterius tenebitur, non autem ad prius.

§. II.

An sponsalia de presenti dissolvantur per sequens matrimonium consummatum?

Respondetur negativè, juxta *c. Licet 3.* & juxta *c. Tunc 5. h. t.* cum enim vi primi matrimonii, quamvis ratum illud sit tantùm, dominium corporis ad potentiam copulæ translatum jam sit in uxorem, consequenter non potest vir

v. g. qui jam non est dominus sui corporis ad potentiam generandi, in aliam transferre ad hunc finem: & hinc, quavis per sponsalia de futuro alicui obligatus, possit cum tertio contrahere de presenti, cum vinculum illud indissolubile non sit, licet propter fidem fructum parit affici possit, & obnoxia fuerit illi alicui; non potest tamen, que de presenti desponsat alicui per verum matrimonium fuit, cum ullo altero, vivente priore marito contrahere; & si contraxit de futuro cum aliquo, ab hoc separari debet, & neque mortem prioris mariti huic cubere potest, ne occasio captandæ mortis prioris mariti detur, si tamen cum postea hoc accesserit copula, prout requiritur impedimentum criminis, de quo infra.

§. III.

An appellans in causa matrimoniali, possit lue pendente, cum matrimonio contrahere?

Affirmatum hoc jam est in *T. 1. h. t. de Libris, Sess. 6. §. 2.* sub debita limitationibus, qua ibi videri possunt, cum litis pendentia non sit impedimentum dirimens. Videatur etiam *c. Tunc fraternitas 4. h. t.* ex quo etiam habetur, quòd separari quidem hi taliter contentiones debeant, ne multorum adulteriorum detur occasio, si postmodum appareat, quòd prius matrimonium de quo

quo mora fuit his, validum sit, absolute prius matrimonium nullum fuisse; tamen invalidum hoc non est, ut novo constet. postmodum consensu indigeat, si

T I T V L V S V.

DE CONDITIONIBUS APPOSITIS IN
DESPONSATIONE, VEL IN ALIIS CON-
TRACTIBUS.

§. I.

Quid sit conditio, & quotuplex;
quid modus, causa, & demonstratio, qua
matrimonio aliisque contractibus
apponuntur?

Conditio proprie dicta, prout hic ac-
cipitur, est dispositio, sive actus,
vel contractus suspensio in futurum tem-
pus, & eventum incertum (& hinc con-
ditio de presenti, aut praeterito, non fa-
cit proprie conditionatum contractum)
quae communiter explicatur, per particu-
lam Si, ut consentio in tuas nuptias, si
pater tuus consenserit. Modus est quali-
tas adjecta dispositioni, sive adjectio
oneris, ad quod obligare volumus con-
trahentem, & communiter explicatur
per particulam Ut, duco te v. g. ut hon-
orem & divitias acquiram; causa di-
citur, quando denotatur causa, propter
quam contrahitur, & explicatur per di-
ctionem Quia, contraho tecum, quia
dives es, quia pulchra es, &c. Demon-
stratio denique fit, quando exprimitur
illa qualitas, quae determinat hanc per-
sonam, duco te, quae libera es, quae vir-
go es, &c. conditiones aliae sunt genera-

les, quae cuilibet contractui insunt;
etiam si non exprimantur, si vixerimus
v. g. aliae sunt speciales, & quidem aliae
intrinsecae tali contractui, necessario sci-
licet ad illum contractum requisitae, ut,
duco te, si non sis sanguine mihi iun-
cta, &c. aliae extrinsecae, sine quibus
contractus talis esse potest, ut duco te,
si dives es; & harum iterum aliae neces-
sario eventurae, ut duco te, si cras sol-
oritur; aliae contingentes & possibiles,
duco te, si pater tuus consentiat; aliae
impossibiles, duco te, si aureum mon-
tem in dotem dederis, aliae honestae;
aliae turpes; aliae indifferentes, & inter
turpes aliae contra substantiam matrimo-
nii, contra triplex scilicet bonum matri-
monii; fidei scilicet, duco te, si adul-
terandam te exponas; generationis, du-
co te, si generationem proles impeditis;
& indissolubilitatis denique, duco
te, si iterum discedere velis, quando
te pulchriorem reperero, &c. aliae vero
turpes quidem sunt, non tamen contra
substantiam matrimonii, ut ducam te,
si fornicata mecum fueris, &c.

Compend. Pirking.

§. II.

An conditio contractui matrimoniali apposta illum vitiet, vel suspendat?

SI matrimonium contrahatur sub conditione improprie dicta, ad praesens tempus, aut praeteritum relata, nec suspenditur, nec vitatur contractus talis, sed matrimonium statim subsistit, aut non subsistit, pro ratione conditionis praesentis, vel praeteritae, §. *Conditiones. Insti. de V. O.* dependet enim talis contractus a conditione tali, quae si existit, vel exiit, contractum valere facit; si vero non existit, vel non exiit, facit eum non valere. Quod si autem matrimonium contrahatur sub conditione de futuro, possibili, honesta, & contingente, ut cum dico, duco te, si pater tuus consenserit, suspenditur ad eventum usque conditionis talis, tale matrimonium, juxta naturam conditionis talis appositae, prout probatur etiam ex *c. De illis 3. b. t.* & melius ex *Super eo 5. eodem.*

§. III.

An conditio de futuro necessaria, vel impossibilis, adjecta matrimonio, illud vitiet, vel suspendat?

SI matrimonium contrahatur sub conditione de futuro necessario eveniente, ut contraho tecum, si cras sol oriatur, non suspenditur, nec vitatur per conditionem adjectam, sed statim validum est tale matrimonium, perinde, ac si nulla conditio adjecta fuisset, & abso-

lute fuisset contractum (quia qui sub conditione stipulatur, quae omnino certitudo est, putè videtur stipulatus, *L. Si pupillus 9. §. 1. ff. de verborum significati.*) nisi contrahentes putarent conditionem talem adjectam contingentem tantum esse, vel si adderent talem clausulam definiendum tempus, quo contractus celebrandus esset.

Si vero contrahatur matrimonium sub conditione impossibili, vel eorum de futuro, & hoc non repugnet sollicitudini, aut bonis matrimonii, habetur conditio talis pro non adjecta, ita ut matrimonium taliter contractum statim valeat; non valet autem matrimonium, sed ipso jure irritum est, si conditio turpis ab initio adjecta repugnet sollicitudini, sive bonis matrimonii, fidei scilicet, generationi, aut indissolubilitati, prout statuitur in *c. Si conditiones 7. h. t.* licet enim in priore casu nihil in pacto obligetur, quod substantiali obligetur, in matrimonio essentialiter includitur, repugnat, ratione cujus nullum esset matrimonium, ita in posteriore casu in pacto deducitur tale quid, quod sollicitudini matrimonii repugnat, & cum pro consistere non potest consensus matrimonialis, si tamen in tale pacto utraque contrahens consentiat; quod si enim unus pacto tali expressè vel tacite non consentiat, sed contradicit, videndum esset matrimonium, cum eo habet quoddam alter non consenserit, cessante à pacto tali recessum. Quod autem conditio turpis, aut impossibilis, sub qua matrimonium contrahitur, si non repugnet bonis matrimonii, pro non adjecta habetur, & nihil vitiet contractum, in se-
varent

vorem matrimonii specialiter constitu-
tum est, argu. 5. *Impossibilis. Instit. De be-
red. instrum. junctā. Glossā V. impossi-
bilis.* Si tamen contrahentes sciant ad-
jectam conditionem impossibilem, aut
irremediabilem esse, & jus tales conditiones pro
non adjectis in contractu matrimoniali
habere, vel saltem dubium sit de tali
scientia, cum ut sic Ecclesia presumat,
joco tantum conditionem talem adje-
ctam fuisse; quæ tamen presumpcio lo-
cum non habet, si de alia contrahen-
tium mente constet, quo in casu ex de-
fectu consensûs nullum erit sub conditio-
ne tali turpi, vel impossibili contractum
matrimonium, quamvis conditio illa
turpis non sit contra substantiam matri-
monij.

§. IV.

*Proponuntur, & resolvuntur alie
nonnullæ quæstiones circa sponsalia,
vel matrimonia sub conditione
contracta.*

Quæritur primò, an contractum de
presenti sub conditione contingen-
te, ac honesta matrimonium novo con-
sensu indigeat, ut validum sit, post con-
ditionis eventum. Respondetur proba-
bile esse, quod non indigeat, modò
contrahentes in eadem prima voluntate
permaneant, cum etiam alij contractus
sub conditione honesta contingente de
futuro contracti validi sint, post even-
tum conditionis, absque novo contra-
hentium consensu, prout passim Cano-
nista docent, & patet ex *L. Potior. II.*
ff. Qui potior in pig.

Quæritur secundò, utrum post Tri-

dentinum non tantum contractui matri-
moniali de presenti, sub conditione ta-
men pendente, Parochus & testes adesse
debeant, sed etiam impletioni conditio-
nis? Respondetur; Probabiliter affir-
mant aliqui, probabilius tamen videtur,
quod non absolute impletioni tali adesse
debeant, sed per contrahentes de ea im-
pleta certiores fieri; neque enim aliàs de-
eo absolute contracto in foro externo tes-
tari possunt; tutius tamen est ad multa
incommoda cavenda, ut in casu talis
conditionati matrimonij, quod raro con-
cedendum est, novus consensus coram
Parocho & testibus à contrahentibus,
post conditionem impletam, adhibea-
tur.

Quæritur tertio, de obligatione eor-
um, qui de jure quidem impediti, spon-
salia tamen de futuro, sive matrimo-
nium, contrahunt sub conditione dispen-
sationis Papalis. Respondetur primò,
non tantum licita per se esse sponsalia talia
de futuro sub dicta conditione, sed in-
ducere ea etiam obligationem, ut even-
tum conditionis expectent, qui taliter
contraxerunt, cum adjecta hæc condi-
tio sit honesta. Respondetur secundò,
probabile etiam esse, quod contractum
matrimonium sub tali conditione inter-
impeditos, impedimento Ecclesiastico,
absque novo consensu post purificatam
conditionem, in absolutum matrimo-
nium transeat, ut ex 11. quæsto hujus §.
patet; & quod tutius sit post impetra-
tam dispensationem coram Parocho &
testibus novum consensum ponere, pro-
ut probabilius esse etiam Layman fa-
tetur.

Quæritur quarto, quæ sponsalia valida
sint,



sint, & servanda, si quis cum duabus sub conditione honesta, & contingente contrahat. Respondetur, si sponsalia de futuro cum duabus contracta dicto modo fuerint, priora valida erunt, etiam si posteriorum conditio prius purificetur, quia taliter contrahens nec licite, nec valide potuit posteriora sponsalia contrahere, ad conditionis eventum expectandum per priora sponsalia obligatus, nisi illa prorsus dissoluta fuissent. Si vero matrimonium de presenti, sub conditione tamen honesta & contingente cum duabus contraxit, illud validum erit, cujus conditio prius impletur, modo contrahens consensum in alterum matrimonium, ante eventum ullius conditionis, non revocaverit, quamvis enim licite non agat, taliter cum duabus sub conditione tali successive contrahendo, valide tamen hunc contrahere, negari non potest, & quia consensus absolutus praevalet consensui conditionato, per eventum autem conditionis factus fuit consensus absolutus, consequenter hic praevalet consensui sub conditione, quae nondum evenit, adhuc pendenti. Quod si tamen simul impleatur utraque conditio, neutrum matrimonium valet, cum in tali casu consensus non adsit in determinatam personam, sed tam in illam, quam in hanc feratur. Haec tamen omnia vitari facile possunt per assistentiam prudentis Parochi, tales condiciones in contractu matrimonii non permittentis.

§. V.

An causa, demonstratio, vel alius adiectus contractui matrimonii ipsum vitiet, vel suspendat?

Respondetur, si causa, vel demonstratio adiciatur tali contractui matrimoniali, sive turpis illa, sive honesta sit, sive repugnet substantiae matrimonii, sive non, sive vera, sive falsa sit, per se nunquam suspendit, aut vitiat matrimonium, sed semper habetur per se adiecta, & matrimonium valet, neque enim per adjectionem talis cause, vel demonstrationis tollitur consensus necessarius ad contrahendum matrimonium, cum ea non se habeat per modum obiecti (quo in casu esset error personae) sed tantum declarat, quam opinionem habeat de persona, cum qua contrahitur. Modus vero adiectus contractui matrimoniali non vitiat quidem, nec suspendit illum, nisi sit contrarius substantiae, et bonis matrimonii, cum per talem modum adjectionem obligatus quidem contrahens ad modum illum perhibendum, non tamen contractum suspensum vel si turpis ille sit, aut impossibile pro non adiecto habeatur, sed per se, quod aliis modis habeatur, aliis est conditio, de qua loquendum erit, prout de conditionibus dictum est.

§. VI.

De conditionibus adiectis in aliis contractibus.

Variis sunt conditiones, quae hinc inde contractibus adjungi possunt, & i

veræ conditiones de futuro sint, sapè usque ad eventum conditionis contraham firmitatem suspendunt. De quibus hinc inde in variis titulis agitur. Illud hic advertendum adhuc ex c. Verum 4. h. t. sæpius conditionem poni in jure pro modo, prout in *relatoc.* fit, ubi dicitur, si Ecclesiæ aliquid donetur sub conditione (id est certum modum addendo, quem

donans observari vult ab Ecclesia) revocari non posse donationem talem (ob favorem Ecclesiæ, aut piæ causæ, cui donatio cum tali modo adjecto facta fuit) si postmodum conditio (modus scilicet) non impleatur, nisi expressè cautum sit de revocanda donatione, si modus non impleatur.

TITVLVS VI.

QUI CLERICI, VEL VOVENTES MATRIMONIUM CONTRAHERE POSSUNT:

§. I.

Utrum Ordo sacer dirimat matrimonium, & quo jure?

Dirimi matrimonium per ordinem sacrum, Subdiaconatus, Diaconatus & Presbyteratus ex *Trident. sess. 24. De sacro matrim. can. 9. & ex c. 1. h. t.* patet, ita ut nullus horum validè matrimonium contrahat, (nisi per illatam vim, aut gravem metum, vel ante pubertatis annos, vel aliter invalidè ordinatus fuisset) & consequenter liberi eorum sint illegitimi, & irregulares, quia condecet, ut ait Pontifex, DEI Sacerdotes, nec non Levitas continentes esse, ob reverentiam etiam ministeriorum, & officiorum illis commissorum: quæ tamen constitutio extendenda non est ad minores ordines inferiores Subdiaconatu, quibus initiati validè (cæteris paribus) matri-

monium contrahere possunt, cum illis nullum votum ad continentiam obligans annexum sit ex constitutione Ecclesiæ.

Multò autem probabilius est, quòd impedimentum hoc dirimens ordinis sacri, non ex jure naturali, vel Divino, sed solo Ecclesiastico proveniat, cum Græcis Sacerdotibus usus matrimonii, ante susceptum Presbyteratum contracti, non tollatur per ordinem sacrum susceptum; neque ulliò jus Divinum hoc prohibens habeatur; & matrimonium etiam contractum ante susceptos sacros Ordines, nondum tamen consummatum, non dissolvatur per Ordinum talium susceptionem, juxta *Extravag. Antiqua. inter Extravag. Ioan. 22. De voto.*



§. II.

An, & quo jure votum solemne castitatis per professionem, matrimonium postea inustum, dirimat, & an etiam votum simplex castitatis impediat matrimonium, atque dirimat.

QUOD votum solemne castitatis in religione approbata per professionem emissam, irritum reddat matrimonium subsequens, & consequenter tale votum impedimentum dirimens sit, ex *Trident. L. cit.* habetur, & ex *Memorabilibus 3. b. t.* ex quo cap. etiam habetur, quod votum simplex castitatis (qualia sunt vota quaecumque castitatis, quae non sunt professio religiosa, aut ordini sacro annexa) aut solum votum ingrediendi religionem ex jure communi non sint impedimenta dirimentia, sed contractum cum talibus votis matrimonium, quamvis contrahens peccaverit, validum sit, prout etiam habetur in *c. Rursus 6. h. t.* cum impedimenta matrimonii velint odiosa extendenda non sint ultra juris (saltem positivi) constitutiones, & hinc per solam habitus regularis, etiam Professorum assumptionem, non impeditur, quo minus validè matrimonium contrahatur, uti habetur ex *c. Consultis 4. b. t.* si sine promissione alicujus ex substantialibus ordinis approbati fiat: quamvis enim votum simplex, & votum solemne castitatis ex natura rei non differant, differunt tamen ex Ecclesiae con-

stitutione, cum huic annexum sit impedimentum dirimens matrimonium a jure Ecclesiae, non autem illi, ut constat etiam ex *c. uni. De voto in 6. Religiofitamen Societatis ex speciali constitutione Gregorii XIII. etiam per vota simplicia impediuntur, quo multo validè matrimonium posse vota illa, quae simplicia contrahant.*

§. III.

An per votum simplex castitatis dirimantur praecedentia sponsalia de futuro?

EX dictis ferè jam patet responsio, quod enim ob votum simplex castitatis praecedens sponsalia, nulli haec sine postmodum contracta, ex eo patet, quod sint promissio de re illicita, alteri iam obligata, & consequenter nulla sunt. Quod autem ex parte alterius, qui votum non fecit, solvantur sponsalia, altero votum faciente, mutatio notabilis facta, quod fidem non teneat ei servare, quod datam mihi fidem non servavit, uti autem ex parte etiam votantis praecedentia sponsalia dissolvantur, in utraque partem probabiliter disputatur, & affirmativa pars videtur etiam probari posse ex eo, quod fides DEO data per votum simplex castitatis videatur praeterita fidei, alicui homini per sponsalia de futuro data. Negativa tamen sententia, quae probabilior videtur, probari etiam potest ex *c. Veniens 5. b. t.* & ex eo, quod Deus non acceptet tale votum in praesens, quod priorum sponsalium.

TITULVS VII.

DE EO, QUI DUXIT IN MATRIMONIUM,
QUAM POLLUIT PER ADULTERIUM.

Agitur in hoc titulo de impedimentis criminis, adulterio scilicet, occisione conjugis, &c. explicando, quando hæc sint impedimenta dirimentia.

§. I.

An, & quando adulterium dirimat matrimonium subsequens.

SI quis vivente adhuc legitimâ uxore, cum alia, quam adulterio polluit, de presenti clandestinè, & nulliter de facto contrahit, vel huic adulteræ promissionem facit post mortem legitimæ conjugis ducendi eam, incurrit impedimentum criminis, ut hanc adulteram post mortem legitimæ conjugis ducere non possit, ne ob promissionem & spem matrimonii futuri, capretur occasio occidendi priorem conjugem. Ut autem impedimentum hoc incurratur, debet matrimonium prius contractum fuisse validum (invalidum enim si prius matrimonium fuit, non dirimit matrimonium postea cum ea contrahi, cui per adulterium ex stimatum cognita, promissio de futuro matrimonio facta est) & ab adultera sciente prioris conjugis vitam, adulterium fuisse commissum, ac fides de futuro matrimonio recepta, sive hæc post adulterium commissum data

fuerit, sive ante, modò data sit durante eodem legitimo matrimonio, & recepta, cum in utroque casu detur occasio captandæ mortis. Et quamvis sola promissio de futuro matrimonio, aut solus de presenti contractus matrimonialis, vivente adhuc legitimâ conjugæ, cum altera inritus non sufficiat ad impedimentum dirimens hoc incurrendum, sed debeat insuper intervenire adulterium ex utraque parte cognitum, passim tamen omnes docent, nullam esse promissionem talem, ob periculum captandæ mortis, uti colligitur ex *c. Si quis 8. h. t. & argu. c. 2. De concess. praben.* & qui contrahere de presenti cum adultera, vivente legitimâ uxore, attentat, non tantum adulteram hanc post mortem suæ legitimæ conjugis ducere non posse, sed nec ullam aliam, juxta *c. Cum haberet 5. h. t.* gravioerem scilicet penam imponente Ecclesiâ, graviori delicto.

§. II.

Quanam conditiones requirantur, ut adulterium dirimat matrimonium inter adulteros?

DE his ex priorè §. jam satis colligi potest, modò adhuc advertatur, quòd promissio facta debeat esse pura & abso-

absoluta, vel saltem ut ante mortem conjugis fuerit purificata, ut præbeat scilicet captandæ mortis occasionem.

§. III.

An & quando crimen homicidii, seu machinationis mortis alterius conjugis dirimat matrimonium subsequens?

Occisio conjugis, vel machinatio facta in mortem conjugis, cum proposito contrahendi matrimonium postea, cum alio supervenite, est etiam impedimentum criminis dirimens contrahendum matrimonium cum ea, quæ ad occisionem innocentis juvit; vel si nihil ad occisionem innocentis juvit, adulterium tamen, cum eo, qui postea inno-

centem conjugem occidit, comitibus sciens legitimam illius uxorem, ad vitam vivere, ira ut inter hujus & primi §. impedimentum, hoc interfit, quod in hoc §. ad incurtendum hoc impedimentum dirimens, non requiratur promissio ad adulterio v. g. data, & recepta ab altero v. g. de futuro matrimonio, sicut requiritur in casu primi §. sed sufficit adulterium commissum, & occisum v. g. ab adulterio conjugem, vel utranque in mortem alterius innocentis, etiam si adulterio, moraliter saltem, matrimonium fuisse, cum proposito in eandem modum matrimonii, peccare hanc conditionem ex c. Significasti b. h. ad impedendam scilicet mortis captandæ occasionem.

TITVLVS VIII DE CONJUGIO LEPROSORUM.

§. I.

An per lepram supervenientem precedentia sponsalia de futuro dissolvantur, vel etiam matrimonium præcedens?

Spousalia de futuro dissolvi per supervenientem lepram ex c. Litera 3. b. e. patet, si alter sponsus, qui immunis est à lepra, hoc petat, & probat notabilis, quæ in tali casu, post contracta sponsalia de futuro intervenit, mutatio; matrimonium tamen contractum de præsentibus, per supervenientem lepram non dissolvitur, quoad vinculum c. Pervenit 1. b. e.

quia matrimonii vinculum indissolubile est usque ad mortem, nisi, in quantum in casu rati tantum matrimonii in leprorem religiose professionis, aut celebratione Pontificia hoc permittitur, & dictum.

§. II.

Alia nonnulla questiones circa conjugia leproforum proponuntur, & resolvuntur.

TRia adhuc quæri possunt, quæ comitibus ex c. Quoniam 2. b. e. resolvenda sunt. Primum, an propter lepram conjugia de futuro

juge quoad thorum sit separandus, & responderetur negativè, quia à Christo Sacramenti matrimonii institutore, propter fornicationem, sive adulterium tantum separatio quoad thorum conceditur. Secundò, an leprosi contrahere matrimonium possint, & responderetur affirmativè, quia nullo jure matrimonium eis prohibuitur. Tertiò, an conjuges leprosi debeant sibi invicem reddere de-

bitum conjugale, & iterum responderetur affirmativè, juxta generale præceptum *Apostoli. I. ad Corin. 7.* quo uxori vir debitum reddere præcipitur, & similiter uxor viro, nisi ex judicio fortasse Medicorum, in notabile damnum alterius partis hoc cederet, cum obligatio hæc locum non habeat, nisi salva maneat individui reddentis incolumitas.

TITVLVS IX.

DE CONJUGIO SERVORUM.

§. I.

An servus possit licitè, & validè contrahere matrimonium invito, vel ignorante domino; & quâ ratione error status seu conditionis servilis dirimat matrimonium, & quo jure?

Conditionem servilem impedimentum dirimens esse, quo minus cum libera v. g. à servo matrimonium contractum valeat, si conditionem servilem illa ignoret, colligitur ex *c. Proposuit 2. h. t.* cum enim error conditionis servilis valde repugnet bonis matrimonii, noluit Ecclesia talia matrimonia valida esse, si ignoretur conditionis servilis status à contrahente, libera v. g. quamvis si utraque contrahentium pars servilis conditionis sit, valeat matrimonium, invito etiam & contradicente domino contractum, uti patet etiam ex *c. t. h. t.* cum concessum jure naturæ

Compend. Pirbing.

matrimonium ob bonum tam publicum, quam privatum, negari his non debeat, qui ad servitia consueta adhuc obligantur Dominis suis, & sic matrimonium tale nemini præjudicans sit, & valeat etiam matrimonium, quod libera cum servo contrahit, quem scit servum esse, cum in tali casu scientiæ suo juri, & præjudicio cedere videatur; noluit tamen eorum matrimonia valere Ecclesia, quæ libera v. g. ignorantes servilem conditionem alterius, cum quo contrahunt, inire attentant, ut ne graviter huic ignorantanti per tale matrimonium præjudicetur, & bonum etiam publicum patiatur.

§. II.

An, & quando proles quoad libertatem & servitutem sequitur conditionem non matris, sed Patris:

DE jure quidem communi partus sequitur conditionem matris, quoad

RE E liber-

libertatem, & servitutem c. final. de serv. non ordinand. & Instit. de iure personarum §. Servi autem; valet tamen etiam statutum, vel consuetudo legitime praescripta, ut patris conditionem, quoad libertatem & servitutem, sequatur proles

c. Licet 3. h. 1. quia cum res non descendat ex iure humano, potest interrogare consuetudo; quin etiam in dubio semper pro libertate, favore libertatis, iudicandum est, cum favore libertatis sit maximus c. fio. de re iudicat.

T I T V L V S X DE NATIS EX LIBERO VENTRE.

Natum ex libera matre, liberum esse de iure communi, modò ante dictum, quod idem dicendum est de nato ex libera. c. Indecens unico h. 1. & quamvis quoad familiam, nobilitatem, dignitatem, &c. patris conditionem sequatur filius L. Cum legitima 19. iunctà Glos. ff. De statu hominum. cum proles à patre tanquam causa principali suum esse ha-

beat; quoad statum tamen libertatis, & servitutis, matris conditionem sequatur proles, defectum hunc patiens à causa minus principali. Sufficit autem ad proles libertatem, si mater tempore conceptionis, vel tempore natiuitatis, vel intermedio aliquo tempore, quo proles in utero ferebatur, fuit libera, exigent hunc favorem favore libertatis.

T I T V L V S XI DE COGNATIONE SPIRITUALI.

§. I.

Quid sit cognatio spiritualis, unde oriatur, & inter quas personas contrahatur?

Cognatio spiritualis est propinquitas quaedam personarum, quae ex statuto Ecclesiae oritur ex administratione, seu collatione, & susceptione Sacramenti Baptismi, & confirmationis; sicut enim per carnalem generationem homo nascitur naturaliter, & postea corporaliter reberatur; sic per baptismum regene-

ratur homo spiritualiter, & per confirmationem spiritualiter reboratur; hinc ergo generari, & reborari naturaliter & corporaliter inducit cognationem naturalem, ita regenerari & reborari spiritualiter infert cognationem spirituales perpetuam; non quidem ex iure naturali cum Sacramentorum ratio nullam in iure naturali fundamentum habeat, sed ex iure Ecclesiastico; & quamvis de antiquo iure Decretalium, triplex fuerit haec cognationis species, paternitatis scilicet, compaternitatis, & fraternitatis, hodie-

no tamen jure standum est dicendis §. sequente.

§. II.

Quanam circa cognationem spiritualem, sive paternitatis, sive compaternitatis, sive fraternitatis, jure antiquo Decretalium statuta sint, & inter quas personas impediat ea matrimonium contrahendum, vel dirimat jam contractum?

Materia hujus §. cum hodie in usu vix sit, rectius ea ex *Auth. Metho.* hoc §. vel ex variis luris & hujus tituli capitulis c. 1. 2. 3. 5. 6. & 7. &c. intelligi poterit, quam ut pluribus ea hinc examinetur.

§. III.

An per Catechismum precedentem baptismum contrahatur cognatio spiritualis impediens ac dirimens matrimonium?

Etiam hæc §. hujus materia nullius hodie usus est, postquam, quod olim impedimentum impediens erat, baptizandi instructio, sive Catechismus, hodie desit. Videatur c. 5. b. 1. & 2. in 6. eodem.

§. IV.

An plures possint intervenire patrini, seu susceptores in Baptismo & Confirmatione de jure antiquo, & an inter omnes, si plures sint patrini, contrahatur cognatio spiritualis?

Vide de hoc antiquo jure c. *Quamvis* 3. b. 1. in 6. nobis hodie servit ad

hanc cognationem spiritualem, ut impedimentum dirimens est, Concil. Tridentinum, quod multa antiqui juris circa hoc impedimentum statuta, correxit. De hoc proinde Tridentino fit

§. V.

Inter quosnam contrahatur cognatio spiritualis in baptismo, & confirmatione de jure novo Concilij Tridentini.

De jure novo Concilij Tridentini in sess. 24. c. 2. de reforma. Matrimonij, duæ tantum sunt species cognationis hujus spiritualis ex baptismo, & confirmatione ortæ. Prima est paternitatis, quæ inter baptizantem, aut confirmatum ex altera parte contrahitur, cum illi propriè loquendo sint Patres spirituales, baptizati hujus, aut confirmati; altera est compaternitatis, quæ intercedit inter baptizantem, vel confirmantem, ac susceptores ex una parte; & inter Patrem & Matrem naturalem baptizati, aut confirmati ex altera parte, cum ad vitam tam naturalem, quam spiritualem dandam prolihi utrique concurrant.

§. VI.

Quæ conditiones requirantur ad munus Patrini, & ad contrahendam cognationem spiritualem in baptismo, & confirmatione?

Pertinebat olim ad Patrum in vita Christiana instituere eum, cujus in baptismo Patrinus est, præsertim

docendo eum Symbolum Apostolorum, & Orationem Dominicam, & quamvis hodie ab hac obligatione liberi sint Patrini, cum parentibus, aut ludi moderatoribus hæc obligatio incumbat, debet tamen etiam hodie, qui Patrini munus suscipit, usum rationis habere, esse baptizatus, & intentionem habere munus Patrini exercendi; sicuti autem ad hæc cognationem spiritualem contrahendam requiritur, ut Sacramentum baptismi, aut confirmationis valide conferatur; ut Patrini teneat vel tangat baptizatum, aut confirmatum, dum hæc sacramenta conferuntur, vel immediate eum ex manibus baptizantis, vel confirmantis suscipiat, animo obeundi munus Patrini; vel certè per Procuretores teneat, quem ipse Principalis constituit, ita nec fidelis cum infideli cognationem spiritualem hæc contrahit, etiam si infidelis filium baptizet, aut teneat fidelis v.g. cum cognatio hæc sit reciproca, & vel ab utraque parte contrahatur, vel à nulla.

§. VII.

Proponuntur & resolvuntur alie nonnullæ quæstiones circa cognationem spiritualem ortam ex baptismo, & confirmatione.

Quæritur primò utrum contrahat cognationem hæc spiritualem, qui infantem in necessitate non solemniter baptizatum, ut Patrini tenet. *re. affirmative, quamvis probabiliter contrarium teneant alij, cum enim verè hic Patrini sit, & hoc animo infantem*

teneat, consequenter cognationem hæc spiritualem, & alias Patrini obligationes contrahat, quamvis enim tali privato baptismo patrini effectivus non sit, si tamen quis patrini officium subire velit, non rejicitur.

Quæritur secundo an contrahat cognationem hæc spiritualem Læicus Christianus, si baptizet in necessitate infantem aliquem? *re. affirmative, quia de jure tantum expressum est, quod cognatio hæc, & impedimentum contrahitur ex vero baptismo, qualis in hoc casu administratur. Excusat tamen ex necessitate, aut Iuris hujus ignorantia Patrem, quominus cognationem hæc & impedimentum cum laico contrahat, & utrum Matrimonij sui habere non possit, si hæc cognationem suam aut communem utriusque in tali necessitate, aut cum tali ignorantia baptizet, aut teneat *Can. ad similia. 30. q. 1.**

Quæritur tertio, an hæreticus sit capax hujus cognationis. *re. affirmative, cum Ecclesiæ legibus subiectus sit; Immo consuetudo illa nostræ Germaniæ, ubi Catholicis, patrini ex sunt liberorum hæreticis parentibus nato rum, & ab hæretico ministro baptizatorum, imponi non debet, modò baptizatus cooperetur in nomine, & Forma Sacramenti Trinitatis, cum Patrini talis non cooperetur hæresi in tali casu, quod baptismus hic in vera fide conferatur communicato. *post extravag. Consil. Con. l. 10.* Neque tamen tam facile concedi debet.*

ut hæreticus Patrinus Catholici Parentis à Catholico Sacerdote baptizatos liberos teneat, cum hic Patrinus non sit idoneus ad instruendam prolem susceptam in vera fide, quod tamen munus per se Patrini est; ad multa tamen incommoda devitanda absolute, ex causa gravi, etiam hoc permitti potest, modò nulla

de instructione fiat promissio, & multum fortasse ad omne scandalum devitandum juvabit, si publice protestetur baptizans, quòd infantem hunc in fide Catholica baptizet, & instruendum fore, in illa fide, nihil in contrarium obstante.

TITVLVS XII.

DE COGNATIONE LEGALI.

Cognatio legalis potissimum oritur ex adoptione, ideo hujus etiam aliqua explicatio hic necessaria videtur.

§. I.

Quid & quomplex sit adoptio?

Adoptio, prout communiter definitur, est extraneæ personæ (quæ non est in potestate adoptantis, aut ex hujus descenditibus) in filium, aut filiam, nepotem, vel deinceps in pronepotem v. g. abnepotem legitima assumptio: requiritur ad eam legitime faciendam iuxta legum constitutiones, ut adoptans sit sui juris, sit masculus (fæminis enim non conceditur jus adoptandi §. *fæmina Instit. de adopti.*) ut sit major 25. annis, ad generandos filios naturales non impotens, & ut major sit 18. annis adoptato, & sic pater illius naturalis ratione ætatis esse possit; ut adoptatus sit præsens adoptanti, cum adoptatur, & in adoptionem consentiat. Duplex autem est adoptio, una perfecta, quæ

etiam arrogatio dicitur, vi cujus in potestatem adoptantis transit adoptatus, & sit necessarius illius ex testamento hæres, ut filius naturalis. Altera imperfecta, simplex & specialis dicitur, per quam non transit adoptatus in adoptantis potestatem, nec sit necessarius illius ex testamento hæres; sicuti autem illa non fit, nisi Principis rescripto, ita hæc etiam ab inferiore Magistratu fieri potest. Vide plura de utraque hac adoptione apud Civilistas.

§. II.

Quid sit cognatio legalis, & quos ejus species, & ex qua adoptione oriatur impedimentum hoc dirimens Matrimonij?

Cognatio legalis, est propinquitas personarum de jure Ecclesiastico approbante jus civile, ex adoptione proveniens. Est autem triplex hujus cognationis legalis species, prima inter adoptantem & adoptatum, & descendentes

R r r r 3

ad.

adoptati, si in illius potestate existant, & hæc est quasi linea recta cognationis hujus legalis. Secunda species est, quasi linea transversa inter adoptatum, & filios, ac nepotes, aliosque descendentes, saltem legitimos, adoptantis. Tertia species est, per modum affinitatis elicujus, inter adoptantem, & uxorem adoptati, & de converso inter adoptatum, & adoptantis uxorem. Sicuti autem certum est, quod oriatur hoc impedimentum dirimens Matrimonij ex adoptione perfecta, ita valde probabile est, quod non oriatur ex imperfecta tantum adoptionis; cum enim simplex hæc, & imperfecta adoptio, in rigore non veniat sub nomine propriæ, & rigide dictæ adoptionis, impedimenta autem matrimonij, velut odiosa, restringenda potius sint quam extendenda, nisi jura aliud jubeant, nullibi autem Jus ad adoptionem imperfectam impedimentum hoc extendat, neque ex hac adoptione imperfecta, ea pericula oriuntur, quæ ex perfecta adoptione, ubi adoptatus cum liberis naturalibus adoptantis cohabitare solet, consequenter non videtur asserendum, quod ex tali imperfecta adoptione hoc dirimens impedimentum oriatur.

§. III.

An omnes tres species cognationis legalis impediant, ac dirimant Matrimonium, & inter quas personas?

Prima species lineæ rectæ ascendentiæ quasi & descendentiæ, inter adoptantem v. g. adoptatum, & adop-

tati filias, nepotes & proneptes, absolute & indistincte dirimit in perpetuum matrimonium; cum hi omnes non nisi sint in potestate adoptantis, ac filii filiarum naturales. Secunda species lineæ transversæ inter naturales adoptantis liberos, & adoptatum, dirimit eodem matrimonium, si inter hos, durante adoptione contrahatur; si vero contrahatur inter hos, postquam vel per mortem adoptantis, vel per emancipationem cessavit adoptio, nihil substitit tale matrimonium, intelligitur ex *c. unico h. t.* Tertia denique species, quæ se habet per modum affinitatis, inter adoptatum & uxorem adoptantis, ex una parte, & inter adoptantem, & uxorem adoptati, ex altera parte, dirimit perpetuum matrimonium inter hos contrahendum, etiam si adoptio per mortem v. g. adoptantis, aut adoptati, vel per emancipationem hujus cessaverit, ita ut nunquam cum uxore adoptantis contrahatur, & possit adoptatus, vel cum uxore adoptati adoptio prout communiter Aa. colligunt ex generali Tituli hujus rubrica. Prohibente scilicet Ecclesiâ matrimonialem hanc conjunctionem in prima & tertia specie reverentiam, perpetuò durantem, quæ ab adoptato, hujus uxore, ac postea adoptante adoptanti; in secunda vero specie, prohibente conjunctionem talem Ecclesiâ, ob interpretativam aliquam fraternitatem inter adoptivum, & liberos naturales adoptantis, quæ licet non perpetuò durat, ita nec impedimentum hoc in tali casu perpetuum est.

TITULUS XIII.

DE EO, QUI COGNOVIT CONSANGUINEAM UXORIS SUAE, VEL SPONSAE.

Agitur in hoc Titulo de impedimento dirimente affinitatis, quæ oritur ex copula cum consanguinea suæ uxoris, vel sponsæ, ut videbimus.

§. I.

An incestus, sive copula carnalis habita cum Consanguinea uxoris suae impediatur, vel dirimat Matrimonium?

Respondetur dirimere quidem contrahendum, non tamen contractum; ita ut, qui nondum contracto matrimonio, copulam perfectam cum aliqua habet, non possit consanguineam illius in certo gradu, valde in Matrimonium ducere, ob affinitatis contractæ impedimentum; si verò, contracto iam validè matrimonio, incestuosam & adulteriosam copulam scienter habet cum suæ uxoris consanguinea, intra gradus prohibitos, amittat quidem jus petendi debitum, & aliud post mortem suæ uxoris matrimonium licitè contrahere non possit (saltem de jure antiquo) si contrahat tamen cum aliqua, non affine in gradibus prohibitis, matrimonium, tale non dissolvatur, prout statuitur in c. si quis 1. b. t. & c. Transmissæ 4. eorum, ac magis ex dicendis patebit.

§. II.

Virum affinitas superveniens etiam per copulam illicitam dissolvat sponsalia de futuro, vel etiam sponsalia de presenti, sive matrimonium nondum consummatum.

Respondetur primò, dissolvi ipso jure prima sponsalia de futuro, per copulam illicitam cum consanguineis sponsæ v. gr. (in certo gradu) habetur ex c. Veniens 2. b. t. ob impedimentum affinitatis superveniens. 2. secundò non dissolvi tamen sponsalia de presenti; sive matrimonium, quamvis nondum consummatum sit per copulam talem illicitam, cum Consanguineis uxoris, ut ex dictis jam pater, & ex c. Discretionem 6. b. t. cum matrimonium etiam ratum sit indissolubile, extra casus à jure concessos, prout ex dictis jam pater.

§. III.

An impedimentum affinitatis dirimens matrimonium contractum probetur per assertionem unius vel confessionem utriusque.

Ex c. de illo 3. & ex c. super eo 5. b. t. habetur, quòd nec unius, nec utriusque assertio ad dirimendum matrimonium sufficiat, si nullum illud esse

patet.

pretendunt ratione affinitatis ante contractum matrimonium contractæ; tum quod unus testis sufficiat quidem ad impediendum matrimonium contrahendum, ut ex dictis patet, ob periculum peccati, non tamen ad dirimendum contractum, ob periculum dissolvendi insolubilis vinculi; tum quod in casu, quo uterque asserit affinitatem contractam, timeri possit collusio, si ad solam illius assertionem dissolveretur contractum matrimonium; quin etiam quamvis confessioni tali rumor vicinitæ (pars scilicet aliqua vicinitæ) accedat, de affinitate contracta, matrimonium tamen non dirimitur, cum nondum ad sit sufficiens probatio ad negotium tam arduum, quale est dissolutio matrimonij.

§. IV.

Verum prædictum impedimentum affinitatis oritur etiam ex copula carnali attentata cum puella impubere; & an etiam ex incestu cum cognata legali aut spirituali; ac denique ad quorum gradum extendatur hoc impedimentum affinitatis, ortum ex illicita copula cum consanguinea alterius Cognatis habita.

Ad primam questionem responsio colligitur ex o. *Fraternitatis* 7. h. 2. (saltem à contrario sensu) negativa, cum impedimentum hoc non oriatur, nisi ex

perfecta copula carnali, qualis contra impubere haberi non potest.

Ad secundam questionem a. item negativè, cum nullo jure probari possit ex tali copula orti impedimentum affinitatis.

Ad tertiam questionem de jure antiquo respondendum jura *Discretionem* 6. h. 1. eodem modo tendi affinitatis impedimentum ex copula illicita, quo modo extenditur copula licita, ad quartum gradum, ita ut talis illicitam copulam habens, non possit ob impedimentum affinitatis, ullam ducere in Matrimonium, quæ in quarto saltem gradu conjuncta sanguine illi est, cum qua licitè illicitam habuit, sicuti non potest ducere in quarto gradu sui uxorem, cum qua licitam copulam habuit, sanguine conjuncta per Tridentinum tamen hoc impedimentum ex licita copula octavo restrictum est, ita ut tantum extendatur ad secundum gradum (sess. 24. c. 4. *reformat. matr.* ne scilicet ob nimiam impedimentorum talium multitudinem officilia reddantur matrimonia.

§. V.

Proponuntur, & explentur alia qua Capitula hujus Tituli.

Vide de his Auc. Meth. cum viderentur à dictis in relatis hoc §. capitula referantur.



TITVLVS XIV.

DE CONSANGUINITATE ET AFFINITATE.

SECTIO I.

De Consanguinitate.

§. I.

*Quid sit Consanguinitas, & quid
linea ac gradus Consanguinitatis, &
quomodo sint com-
putandi.*

Consanguinitas communiter defini-
tur, quòd sit vinculum personarum,
qua ab eodem stipite, seu progenitore, co-
que propinquo per carnalem propagatio-
nem descendunt; non tantum quoad si-
militudinem specificam, prout omnes
ab Adamo descendimus, sed quoad si-
militudinem etiam quasi individualem,
quoad complexionem scilicet mores, &
sæpe etiam vultus similitudinem, quæ
quò remotior est, eò magis dissipatur,
ut jam non consanguinei dici possint.

Linea consanguinitatis est ordinata
series seu connexio personarum sanguine
junctarum, quæ ab eodem stipite de-
scendunt, gradus varios continens,
quibus cognationes distinguuntur. Est
autem triplex Linea, una Ascendentium,
in qua continentur omnes illæ personæ,
à quibus aliæ originem ducunt, ut Pater,
avus, proavus &c. Altera descendenti-
um, in qua continentur illæ personæ,
quæ ab ascendentibus originem ducunt,

Compend. Pirhing,

ut sunt filij, nepotes, pronepotes &c.
quæ duæ lineæ etiam rectæ vocantur.
Tertia est linea ex transverso, sive col-
lateralis, in qua ponuntur eæ personæ,
quæ quidem non à se invicem descen-
dunt, omnes tamen ab uno aliquo com-
muni stipite originem ducunt, uti sunt
fratres, sorores, patruus, consobrini &c.
quæ transversa linea iterum subdividitur
in æqualem & inæqualem; in linea æ-
quali laterali ponuntur eæ personæ, quæ
æquali gradu distant à communi stipite,
uti frater & soror &c. in linea inæquali
dicuntur illæ personæ collocatæ, qua-
rum una magis, quàm altera à com-
muni stipite distat, uti filij & patruus, cum
patruus uno tantum gradu à communi sti-
pite distent, filij verò cum patruo com-
parati, duobus gradibus à communi
stipite, avo scilicet horum, distent.

Gradus autem consanguinitatis di-
cuntur distantia unius personæ ab altera
sanguine junctæ, in eadem linea, qua
cognoscitur, quæ persona sit stipiti pro-
pinquior. Ad hos autem gradus com-
putandos tres communiter afferuntur
regulæ, quarum prima est pro linea recta
ascendentium, & descendenti-
um, ab utroque jure recepta, juxta quam To-
sunt gradus in linea ascendente, vel de-
scendente, quot sunt personæ, unâ de m-
ptâ; & hinc Pater & Filius in primo gra-
du conjuncti sunt unâ enim personâ
demptâ,

S s s

demptâ,

deputat, remanet tantum una, & consequenter uno tantum gradu a se invicem distant, avus vero & nepos, duobus distant gradibus, quia tres personae numerantur in linea ascendente & descendente, avus, pater, nepos (avi scilicet) ex quibus si unam demas, remanent duae personae, & consequenter duo gradus, &c. Secunda regula est pro linea transversa aequali, juxta quam duae personae ab uno communi stipite descendentes, ita ut neutra tamen ab altera descendat, tot gradibus a se invicem distant, quot gradibus distant a communi stipite; & hinc frater & soror in primo gradu a se distant, nepos & neptis ex eodem avo duobus gradibus distant, &c. quia illi tantum uno gradu a communi stipite, hi vero duobus gradibus a communi stipite distant, &c. Tertia denique regula est pro linea transversa inaequali, juxta quam duae personae sanguine junctae inter se distant tot gradibus, quot remotior earum personarum distat a communi stipite; sic filius & neptis ex sorore v. g. distant inter se duobus gradibus, quia in linea transversa inaequaliter distant, & remotior quidem, a qua gradus supputatio desumitur in tali casu, duobus gradibus a communi stipite, &c. & haec quidem regulae subserviunt pro computatione Canonica graduum in ordine ad contrahendum matrimonium; de computatione enim Civili in ordine ad hereditarias successiones, vide Civilistas.



§. II.

*Quinam gradus consanguinitatis
& quo jure matrimonium dirimatur?*

IN primo gradu linea recta inter fratrem & filiam v. g. jure naturae matrimonium nullum esse, communis est, & eo quod ex natura rei factum est de jure omnium cultiorum gentium commercium carnale inter has personas & contra reverentiam debita auctoritatibus (nisi extrema, & publica necessitas conservandi genus humanum, ob conjugationem excusetur) quod probabilius est, quoddam in secundo gradu & quovis ulteriore, in linea recta, in jure naturali, non tantum usque ad primum gradum, sed in initium, videlicet inter ascendentes & descendentes contractum matrimonium, juxta L. Nuptia 53. ff. de ritu nuptiarum. & L. si in eadem. quae leges per jus Canonice interpretatae non sunt, cum e. Non debet h. a. tantum loquantur de linea transversa, non autem de linea recta.

Probabilius est, quod etiam in primo gradu consanguinitatis linea transversa, inter fratrem scilicet & sororem, contracturae prohibita sit matrimonium, arg. e. Gaudemus 8. De divorzio. Quare contrariae etiam sententiae tuae non debent magna probabilitas, quae illicitum quidem fatetur tale matrimonium, nec tamen iure naturae invalidum; contractum tamen matrimonium tam in hoc, quam in aliis gradibus ulterioribus prohibitis, de jure Ecclesiastico, nulliter, fatetur debent omnes: & quamvis olim scriptum fuerit matrimonium iure consanguinitatis

contra eum usque ad septimum gradum, in linea transversa, prout ex pluribus Decretorum iuribus *can. 33.* patet. De iure tamen recentiore Decretalium restituta fuit hæc nimia extensio, & impedimentum dirimens matrimonium ex consanguinitate ortum, intra quartum gradum constitutum fuit. *c. Non debet & h. t.* ubi plura etiam impedimenta talia antiqui iuris sublata fuerunt, & id tantum impediatur, ne validè inter se contraherent, qui intra quartum gradum sanguine iungebantur: & hinc, si duæ personæ consanguineæ inæqualiter à se invicem distantes, ita ut una intra quartum gradum consanguinea sit, altera vero in quinto vel sexto gradu, matrimonium contrahant, validum erit harum matrimonium, prout expressè habetur in *c. Vir qui g. h. t.* cum remotior, à quo sumitur distantia ratio, ultra quartum gradum à communi stirpe distat: & falsum etiam est, quod omnes gradus consanguinitatis *Leviti 18.* expressè, sine iure naturæ dirimentes, cum nullibi in novo testamento hujus prohibitionis habeatur auctoritas.

SECTIO II.

De affinitate.

§. I.

Quid sit affinitas, & quâ ratione contrahatur, & inter quas personas?

Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula proveniens, qui enim copulam carnalem perfectam, ad

generandam prolem sufficientem cum una aliqua persona habet, sit affinis omnibus illius consanguineis, sive licita illa copula fuerit, sive illicita, sive cum dormiente, invita & coacta, ebria, infana, &c. fuerit habita copula, &c. in eodem autem gradu sunt marito v. g. affines consanguinei uxoris v. g. & uxori v. g. affines sunt consanguinei mariti, in quo gradu marito, vel uxori consanguinei sunt, ita ut soror v. g. uxoris in primo gradu affinis sit marito, & frater mariti in primo gradu affinis sit uxori, quia in primo gradu sanguine juncti sunt illis, inter quos copula intercessit. Vocantur quidem etiam consanguinei utriusque conjugis se invicem affines, affinitas tamen hæc vulgaris tantum est, & nihil impediens, aut dirimens inter consanguineos utriusque conjugis matrimonium; & hinc possunt duo fratres cum duabus sororibus (cæteris paribus) contrahere, potest pater contrahere cum matre, & filius patris hujus, cum filia hujus matris, si personæ tales ex alio matrimonio genitæ fuerunt, &c. & quamvis asserant aliqui triplicem speciem affinitatis, juxta quædam antiqui juris capitula, certum tamen est hodie, nullam affinitatem inducere impedimentum dirimens, nisi quæ est maritum inter v. g. & consanguineas personas uxoris, ac uxorem inter & consanguineos mariti; aut fornicatorem inter, & consanguineos ejus, cum qua fornicatus est, ac hujus fornicariæ & consanguineos illius, cum quo fornicatio commissæ fuit. Quæ ad multas confusiones cavendas bene notanda sunt. Videantur plura de his apud *Aud. Metho.* vel *Theologos Morales.*

S. I. §. I.

§. II.

§. II.

Quousq; & quo jure affinitas dirimit matrimonium?

Sicuti consanguinitas, ita etiam affinitas, ex copula legitima & conjugali matrimonium dirimit in linea transversali usque ad quartum gradum inclusivè, *e. Non debet s. h. t.* si verò oriatur affinitas ex copula fornicaria, vel illicita, jure novo Tridentini Concilii dirimit matrimonium usque ad secundum gradum inclusivè, ut dictum. Probabilius autem est, quòd in primo gradu affinitatis lineæ rectæ, sit jure naturæ irritum matrimonium inter vitricum v. g. & privignam, inter privignum & novercam, &c. & quamvis multam etiam probabilitatem habeat contraria sententia, quæ asserit non tantùm in aliis gradibus prohibitis affinitatis lineæ transversæ solo jure Ecclesiastico matrimonium dirimi, sed etiam in primo gradu lineæ rectæ, negari tamen non potest conjunctionem talem suam habere contra jus naturale indecentiam, ut quamvis in reliquis gradibus sæpius dispensaverint Romani Pontifices, nunquam tamen in primo gradu lineæ rectæ.

§. III.

Virum affinitas superveniens dissolvat sponsalia de futuro, & an infideles conjuncti in gradu jure Canonico prohibito, post baptismum debeant separari?

AD primam quæstionem certa est responsio affirmativa, quod enim dirimit matrimonium contrahendum, uti-

que etiam sponsalia de futuro tollit, et hæc ad contrahendum matrimonium obligent, prout etiam habetur in *e. Super eo 2. h. t.* uti supra dictum.

Ad secundam verò quæstionem sic clarè respondet Pontifex in *e. De viduis 4. h. t.* quòd contractum ab infidelibus in gradu, jure Canonico prohibito, matrimonium, non debeat solvi, si postmodum ad fidem convertantur, cum enim tales infideles non subsint, dum infideles sunt, prædubitant Ecclesiæ, consequenter nullus prohibetur impedimento purè Ecclesiastico, & consequenter validum est illorum in infidelitate contractum matrimonium, quos autem Deus conjungit, homo non sepat, dicit Pontifex in *e. cap.*

§. IV.

Quæ pœna sit contrahentium matrimonium in gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibitis?

IN *Clement. Eos qui unicus 1. exco-* municantur, & denunciati jubentur, qui scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, constitutione Canonica, prohibitis, matrimonium contrahunt: sicuti autem hæc excommunicatio non incurritur, per sponsalia tantùm de futuro, cum tali impedimento, contracta ita non requiritur ad incurrendam hæc excommunicationem, consummatum fuisse matrimonium, sed sufficit ad eam incurrendam, contractum fuisse cum tali impedimento scienter matrimonium, cum huic pœna hæc, non autem sponsalibus de futuro, aut consummato matrimonio imponatur. Dixi tamen scienter

contractum fuisse tale matrimonium; si enim ignorans impedimentum tale contraxit aliquis, sive facti, sive juris illa ignorantia sit, quamvis etiam sit culpabilis, modò non sit affectata, matrimonium tale, non incurrit hanc excommunicationis pœnam, cum jura requirant ad illam incutendam, scientiam. Vide de aliis pœnis *Gloss. hic V. Iuribus in fine.*

SECTIO III.

De dispensatione in impedimentis consanguinitatis, & affinitatis dirimentibus matrimonium; & de impedimento publicæ honestatis.

§. I.

Quousque Summus Pontifex dispensare possit in gradibus consanguinitatis, & affinitatis?

Quòd in omnibus gradibus consanguinitatis & affinitatis solo jure Ecclesiastico matrimonium dirimentibus dispensare possit Summus Pontifex dubitandum non est, cum hic superior sit omni jure Ecclesiastico; & quavis Tridentinum *Sess. 24 c. 5. De reform.* velit, ut in secundo gradu (lineæ transversæ) nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam; benignitas tamen Pontificis, cui à Concilio manus ligatæ non sunt, dispensat nonnunquam etiam cum inferioris conditionis hominibus, ob causam urgentem & privatam, præsertim si inter ignorantes matrimonium jam contra-

ctum fuit. Negari tamen non debet, difficiliorem fore dispensationis impetrationem, quò major inter personas, quæ contrahere volunt, est sanguinis, vel affinitatis conjunctio, ad quas dispensationes expediendas multùm sæpè facit personarum, cum tali dispensatione contrahere volentium, qualitas.

§. II.

An in dispensatione aliquibus concessa in linea laterali inæquali attendendus sit, & exprimendus gradus consanguinitatis, vel affinitatis remotior, an verò propinquior.

Si duo sanguine juncti in diverso tamen gradu, in linea laterali, à communi stirpe distantes, matrimonium contrahere velint, remotior quidem ad computandos distantie gradus attendi debet, ut dictum; ad dispensationem tamen validam obtinendam necessarium est, ut si eorum alter uno tantùm gradu à communi stirpe distet, non tantùm remotioris v. g. in tertio gradu distantie mentio fiat, sed in super, quòd unus eorum in primo gradu à communi stirpe distet, prout voluit Pius V. in *Bulla Ascendens per quandam 1566. 26. Augusti.* Aliæ verò dispensationes in aliis gradibus valebunt, si remotioris tantùm mentio fiat, obtentis tamen postea super propinquiore gradu literis declaratoriis, ut noverit scilicet, in quo dispenset, Summus Pontifex, & reverentia primo gradui debita observetur.

§. III.

SIT 3

§. VI.

§. III.

An dispensatio obtenta à Papa contrahendi matrimonium inter consanguineos in gradu prohibito valeat si in ea falsa causa expressa sit.

Decisio hujus questionis satis quidem haberi posset ex *Lib. I. Decretal. Tit. De rescriptis.* videri tamen etiam de ea potest *c. Quia circa 6. h. t. & Auth. Metho.* circa hujus capituli explicationem hoc §.

S E C T I O IV.

De impedimento publicæ honestatis orto ex matrimonio rato, & nondum consummato.

Dehoc impedimento, quatenus oritur ex sponsalibus de futuro dictam *Tit. 1. hujus libri, Sect. 1. §. 6.* quatenus

verò oritur ex matrimonio rato, & nondum consummato, hic de eo agendum. Quia in re certum est, quòd ex matrimonio rato, & nondum consummato, etiam si hoc irritum fuerit (nisi irritum sit ex defectu consentus) oritur impedimentum hoc dirimens cum conjugalis suæ uxoris matrimonium, atque ad quartum gradum inclusivè; neque enim juris antiqui constitutiones contra Tridentinum, quoad hoc publicæ honestatis impedimentum ex matrimonio rato, prout declaravit Pius V. in *suâ Bullâ ad Romanum 1568. 21. Julij data,* & consequenter, quod de jure antiquo statutum fuit circa impedimentum hoc ex sponsalibus de futuro, circa hoc impedimentum ex matrimonio rato omnino observandum est, cum contracto circa illud, quatenus ex sponsalibus de futuro oritur, ad hoc impedimentum, quatenus ex matrimonio rato oritur, extendenda non sit.

T I T U L U S XV.

DE FRIGIDIS, & MALEFICIATIS, & IMPOTENTIA COEUNDI.

Impotentia, de qua hoc Titulo agitur, & non tantum sterilitas est proles generationem impediens, quæ nec impediens, nec dirimens impedimentum est; sed idem dicit, ac non posse copulam perfectam maritalem habere, & impedimentum dirimens est, alia est naturalis, orta scilicet ex naturali aliquo defectu; alia ex maleficio Diabolico; alia perpe-

tua, quæ sine miraculo, aut per cohibitos Ecclesie exorcismos, vel sine peccatis illicitæ v. g. incantationis, gravis periculosa vitæ, aut damni corporalis, &c. tolli non potest; alia temporalis, quæ per licita & ordinaria remedia, naturalia, vel spiritualia, &c. tolli potest; alia est abstergens, quæ respectu cujuscunque personæ impotentem aliquem facit; alia respectu quæ

quã quis respectu certæ tantum personæ impotens est; alia præcedit matrimonium; alia illud contractum subsequitur, &c.

§. I.

Quinam sint impotentes ad matrimonium contrahendum, vel non?

In genere dici potest, quod impotentes illi sint ad matrimonium contrahendum, qui sunt impotentes, ad perfectam copulam maritalem, unde unde demum impotentia hæc proveniat, v. Quod sedem 2. h. 2. cum enim matrimonium ex natura sua institutum sit ad proli generationem, hæc autem naturaliter sine copula perfecta haberi non possit, consequenter, ubi est dicta impotentia, de jure naturæ matrimonium subsistere non potest. Ex qua doctrina in specie sequitur primò Eunuchos seu spadones, & utroque testiculo castratos, aut caecantes non posse contrahere matrimonium. Secundò sequitur, senes etiam decrepitos matrimonium contrahere posse, quamvis enim senectus sæpius sterilitatem inducat, non tamen impedit perfectum actum conjugalem. Tertio sequitur mulieres, quæ non possunt parere sine vitæ periculo, vel non nisi factum mortuum pariunt, matrimonium tamen contrahere posse, si aliàs ineptæ non sint ad perfectam copulam conjugalem. Quarto sequitur, quod etiam in articulo mortis constitutus validè matrimonium contrahere possit, cum potentia ad actum conjugalem in tali per se non deficiat, quamdiu vivit.

§. II.

An, & qualis impotentia coeundi dirimat matrimonium?

Impotentia perpetua, & absoluta respectu omnium, si præcedat matrimonium, dirimit illud jure naturæ, sive impotentia hæc à contrahentibus cognita fuerit, sive fuerit ignorata: neque enim potest talis corpus suum tradere alteri ad actum sibi absolutè, & perpetuò impossibilem. Quod si tamen per miraculum v. g. talis impotentia postmodum ceteretur, matrimonium illud absolutè nullum, per novum postea supervenientem consentum, validum fieri possit. Si verd impotentia illa respectiva tantum sit, & perpetua, nulliter quidem contrahitur cum ea, respectu cujus impotentia adest, non autem cum aliis; cum respectu illius quidem certæ personæ impossibilis sit actus conjugalis, non autem respectu aliarum. Et denique si temporalis tantum impotentia sit, quæ per media licet, & ordinaria, sive spiritualia, sive naturalia, tolli potest, non dirimitur matrimonium subsequens, cum tales non sint absolutè impotentes ad actum conjugalem, sed tantum ad tempus; sicut enim ad solvendum obligare se potest, qui in præsentem quidem, non tamen absolutè ad solvendum est impotens, ita etiam in nostro casu fieri potest.

es* * 50

§. III.

Referuntur, & explicantur varii casus in specie, in quibus propter impotentiam coeundi, matrimonium dissolvitur, vel separatur, aut non separatur.

Videatur de his, quæ in variis capitulis, tam hoc, quàm sequenti §. & §. 5. examinantur, Auctor Meth. ubi etiam multa referuntur, de probatione hujus impotentia, de triennio experientia, de

juramento utriusque conjugis, & propinquorum, de impotentia, quæ supervenit matrimonio contracto, & nonnunquam dissolvit, quamvis copulatio fiat illicitam, de incisione fetendi, ratione arctitudinis, quæ omnia capitula valde cautè intelligenda, ob gravia iudicia, rectius Auctoribus variè interpretantur, quàm ut in compendium deducantur.

TITVLVS XVI.

DE MATRIMONIO CONTRACTO CONTRA INTERDICTUM ECCLESIAE.

§. I.

An & qua ratione Matrimonium contractum contra Interdictum Ecclesiae dirimatur, vel impediat.

Interdicit, seu prohibet Ecclesia nuptias, nonnunquam per Canonem, sive Legem Ecclesiasticam; prout certis temporibus prohibentur fieri non tam matrimonium, quàm nuptiales solemnitates, tempore Adventus v. g. tempore Quadragesimæ &c. nonnunquam interdicit seu prohibet matrimonij contractum Index Ecclesiasticus, qui ob legitimam causam, ne matrimonium contrahatur, prohibet, eò quod priora v. g. sponsalia dissoluta nondum sint, vel

quoddam subesse impedimentum timetur. Tertio nonnunquam Parochus ipse contrahentium tale matrimonium prohibet, eò quod v. g. videatur inter contrahentes aliquod impedimentum esse. Quod contra prohibitionem ab Ecclesiastico Iudice, vel Parocho factam matrimonium contrahatur, validum quidem illud erit, illicitè tamen contrahatur, cum prohibitio talis non sit impedimentum dirimens, sed impediens tantum, & si fiat talium conjugum ad tempus separatio, hæc non fiat, quoad vinculum, sed tantum quoad thorum.



§. II.

De aliis impedimentis, quæ non dirimunt, sed impediunt tantum matrimonium contrahendum.

PLura communiter enumerantur, quorum tamen plerorumque nullus hodie usus & praxis est, consuetudine contrariâ licita faciente matrimonia, etiam cum illis impedimentis impediens contracta. Sic primò impedimentum Catechismi, ex instructione scilicet parvuli in ordine ad baptismum proveniente, aut quod aliquis in Catechismo tali pro parvulo respondeat, olim quidem impediens matrimonium inter tales spiritali cognatione conjunctas personas, hodie tamen nulla illius praxis est. Sic secundò sunt varia crimina, quæ olim impediabant, in pœnam scilicet, matrimonia, quale crimen fuit levasse seu suscepisse propriam prolem de fonte sa-

cro, in fraudem debiti conjugalis; patrinum in confirmatione propriæ proles fuisse, animo subterfugendi debiti conjugalis; sacerdotem injustè occidisse; solemnem & publicam pœnitentiam agere; sacrilegè & scienter cum Moniali contraxisse Matrimonium; uxoricidium commississe; sponsam alienam rapuisse; incestum cum consanguineis propriæ uxoris, adhuc viventis, commississe, cum matre aut filia fornicatum fuisse &c. hodie tamen horum impedimentorum impediens nulla est praxis, & nihil contrahenda matrimonia (cæteris partibus) prohibeat, vel impediunt. Impediunt tamen etiam hodie prohibitio à Judice Ecclesiastico facta, sponsalia priora nondum dissoluta, votum simplex castitatis, & nuptiales solemnitates prohibet etiam tempus sacratum prout ex dictis jam patet.

TITVLVS XVII.
QUI FILII LEGITIMI.

§. I.

De filiis legitimis & illegitimis in genere.

Quid filiorum alii legitimi sint, alii illegitimi, communissima docet; legitimi, vel sunt legitimi tantùm, quales sunt filij adoptivi, non naturâ, sed ex sola lege filij, vel sunt legitimi naturales,

Compend. Parbing.

qui ex legitimo Matrimonio, & iustis nuptiis, veris, vel putativis, nati sunt. Illegitimi dicuntur, qui nati sunt non ex legitimis, & iustis verè, aut putativè nuptiis, & horum alii sunt naturales, qui nati sunt ex parentibus, inter quos poterat esse matrimonium ex solutis v. g. Canonicè non impeditis &c. Spuriij verò dicuntur, qui nati sunt ex parentibus inter quos non poterat conceptionis tem-

T e t

pore

por esse matrimonium ob impedimentum dirimens, quorum aliqui dicuntur etiam ex damnato coitu geniti, qui nati scilicet fuerunt, ex copula, quæ à jure civili etiam punitur; alii spurij simpliciter dicuntur, nati scilicet ex copula quidem illicita, cui tamen à jure Civili nulla pœna posita est, prout sunt nati ex conjugato v. g. & concubina, aut soluta.

§. II.

Quinam in specie judicandi sint filij legitimi?

EX c. Cum inter 2. h. 2. habetur, quòd filij ex parentibus nati, qui publicè in facie Ecclesiæ (præmissis scilicet denuntiationibus, coram Parocho & testibus) ac sine contradictione, bonâ fide utriusque, vel saltem alterutrius, matrimonium contraxerunt, quamvis postmodum ob impedimentum cognitum, nullum fuisse illorum matrimonium, per sententiam declaretur, & ipsi sibi mutuo cohabitare non permittantur, legitimi sint, si ante talem sententiam concepti, vel nati fuerint; quia in commodum ac favorem talium liberorum, & in honorem publicè ac in facie Ecclesiæ, bonâ fide, contractarum nuptiarum, legitima proles talis habetur, ex Ecclesiæ constitutione, prout etiam habetur c. final. §. Si quis. de clandest. despon. junctâ Glossâ V. si ambo Parentes.

Ex c. Perlatum 8. h. 2. habetur, quòd illi etiam filij pro legitimis habendi sint, qui post probatum impedimentum dirimens, & separationem ab Ecclesiâ factam, cum licentia ad alia vota transfundi, ex alio matrimonio, ad cujus

copulam auctoritate Ecclesiæ transiit v. g. uxor, geniti sunt; quamvis proinde, ex quo sententia lata fuit, etiam ordinis non servati, & neglectarum solemnitarum ad processum Judicium requisitarum, nullus fuerit, tamen pendentem à processu valido, aut vobis in favorem liberorum hoc statum iudicis,

Ex c. Quod nobis 9. habetur, quòd legitimi etiam illi habeantur, qui ex matrimonio quidem clandestino, quòd publicè tamen per Ecclesiæ auctoritatem approbatum & publicatum est, sanctum, quòd approbatio ab Ecclesiâ postmodum interveniens retrotrahitur, ac si ab initio adfuisset, in favorem filiorum prole de matrimonio) etiam si postmodum de facto impedimento separaverint, & vicem tales conjuges.

Ex c. Gaudemus 15. h. 2. habetur, quòd infidelium filij, quamvis in secundo aut quarto gradu matrimonium contraxerint, post fidem receptam, legitimi censendi sint, publicâ utilitate hoc cedente, cum in tali casu nec impedimentum juris naturæ matrimonium illorum obsit, nec juris Ecclesiæ honestatis teneantur, si in sua auctoritate constituti, contrahant.

§. III.

Quinam in specie reputandi sint filij illegitimi?

EX c. Referente 10. h. 2. habetur, quòd illegitimi sunt, qui ex matrimonio nati sunt, cum impedimento publicæ honestatis, contractæ; impedimentum enim publicæ honestatis impedimentum

dirimens est, & matrimonium cum tali impedimento contractum nullum est.

Ex c. causam qua 4. h. e. h. betur, illegitimam esse illam prolem, quæ ex adultæ uxoris, matrimonialiter, sed nulliter, vivente primo marito, alteri copulatæ, nata est, cum proles talis nata sit ex matrimonio, ob impedimentum vinculi, nullo, V. de etiam c. Causam qua 7. h. e. quæ videtur esse pars prioris capituli.

§. IV.

Coram quo iudice seculari in Ecclesiastico tractari debeat, vel possit quaestio Natalium, seu natalium.

Quod coram iudice Ecclesiastico tractari, ac cognosci ea debeat, ex *c. Lacor. s. h. e. & ex c. tuam. 3. de ordi. cognit. pater*, quia causa natalium est merè spiritualis, cum sit accessorie annexa ipsi matrimonio, quod est spirituale, ita ut si causæ principali, quæ coram iudice seculari legitime mota est, incidat causa natalium, ad iudicem Ecclesiasticum hæc remittenda sit, & interim coram iudice seculari suspensa maneat causa principalis, usque dum hæc incidens Natalium quaestio à iudice Ecclesiastico decisa sit, si tamen hæc dependeat à quaestione juris, utrum validum v. g. fuerit matrimonium, ex quo natus est, de cuius natalibus dubitatur.

¶ (o) 80

§. V.

De Legitimatione prolis illegitimæ per subsequens matrimonium.

Prolem talem, si ex solutis nata sit, inter quos tempore generationis non erat impedimentum dirimens, per subsequens suorum parentum matrimonium, quamvis hoc putative tantum validum sit, bonâ fide tamen & publicè contractum iuxta supra dicta, legitimum, & omnia iura legitimum obvenire, ex *c. conquestus 1. & ex c. tanta 6. h. e. pater*, (eo quod scilicet juris fictione in favorem talium liberorum subsequens matrimonium retrahatur ad tempus conceptæ talis prolis) & quamvis de iure civili ad legitimandam prolem talem requiratur, ut interveniat instrumentum dotale, *Instit. de nupt. §. final. de iure tamen Canonico, necessarium hoc non est, cum vim hanc legitimandi jus hoc tribuat soli matrimonio. Interim tamen sicuti necessarium non est ad prolem talem legitimandam, ut immediatè matrimonium inter prolis talis parentes intercedat, sed legitima proles talis habeatur, quamvis mediatè tantum parentes talis prolis, vel etiam in articulo mortis contrahant; & sicuti ex probabili valde sententia sufficit ad prolem talem per subsequens matrimonium legitimandam, quod matrimonium inter tales parentes esse potuerit tempore natæ prolis (quamvis, verba juris propriè explicando, probabilius sit, quod tempore conceptæ prolis debuerit omne abesse impedimentum dirimens ad matrimonium inter has personas contrahendum) ita*

Ttt 2

favor

favor hic prolem legitimandi non conceditur matrimonio postmodum contracto, si spurcia fuerit, & ex damnata de jure copula generata hæc proles, prout Pontif. in *cit. c. Tanta*, expressè statuit.

§. VI.

De Legitimatione illegitimorum facta per privilegium, sive concessionem Papæ.

Per rescriptum Principis supremam potestatem habentis, non tantum naturales filij illegitimi, sed spurij etiam, & ex damnata copula geniti legitimari possunt, & ad omnia jura legitimorum restitui (cum enim defectus legitimorum natalium sit tantum jatis humani, consequenter per voluntatem Principis tolli potest) & quidem à Summo Pontifice, non solum quoad ordines Ecclesiasticos, Dignitates, & Beneficia, sed etiam quoad hæreditatis successionem in bonis temporalibus, & quoad officia sæcularia, non tantum in terris jurisdictioni suæ temporalis subiectis, sed ubique terrarum, dispensando in radice matrimonij, abrogando & revocando legem Canoniam statuentem tale impedimentum dirimens, & retrahendo talem dispensationem in tali casu ad initium matrimonij contracti, in ordine ad damna omnia tollenda, quæ ob illegitimitatem illata fuerunt, legitimari, saltem indirectè quoad effectus civiles, posse illegitimos, *ex c. Per venerabilem 13. h. t.* patet, cum enim indirectè dispensare possit in radice matrimonij, ubique terrarum consequenter taliter potest.

§. VII.

De potestate legitimandi illegitimos, quæ competit sæcularibus Principibus.

Potestatem legitimandi ad officium, & actus sæculares esse penes regentem, & alios Principes, qui in temporalibus superiorem non habent, ut *Authen. Quidus modi natura* etc. et etiam penes inferiores, ut ad certamdam jura fiant illi habiles, prout Episcopi etiam dispensare possunt ad ordines inferiores, & simplicia beneficia, postquam conceditur. Ad talem autem legitimacionem à supremo Principe in hoc loco expediendam requiritur primò, ut exprimat qualitas legitimandi, cum scilicet naturalis ille, vel spurcia sit, utrum sit natus ex adulterio, simplici, vel duplicato; ex incestu, & quali; ex legitimo & c. secundò requiritur, ut talis legitimatio talis, vocatis etiam illis, quorum interest, & in quorum præjudicium, ratione portionis legitimæ minutæ, cedere possit talis legitimatio, vel certè, vivente Patre, qui post legitimacionem, mentio fiat in tali legitimatione, filiorum naturalium, & legitimorum.

§. VIII.

De probatione legitimatis Naturalium.

Potest ac debet, qui assertit se legitimum filium esse, probare hoc modo, si doceat parentes suos contractu publicè in facie Ecclesiæ. Secundò probet, quod communi opinione videretur.

nix habebantur, quod essent maritus & uxor. Tertiò si probet, quod parentes se tractabant, ut maritus & uxor; & quamvis parent aliqui solam famam sufficere ad probandam legitimitatem, saltem mortuis parentibus. Negant tamen hoc alij, videatur *c. transmissa 3. h. t.*

ubi assertioni parentum statur contra legitimos natales, &c. *Per tuas 12. eodem* ubi testium depositioni magis deferitur, quàm famæ vicinix, & quæ dicta sunt de probatione filiationis in *L. 2. Decret. Tit. 19. §. 7.*

TITVLVS XVIII

QUI MATRIMONIUM ACCUSARE POSSINT VEL CONTRA ILLUD TESTIFICARI.

§. I.

Quinam admittantur ad accusandum Matrimonium, vel testificandum contra illud?

Stagatur contra matrimonium ad separationem thori propter adulterium, solus ad accusandum admittitur Coniux innocens, quia hujus tantum, non autem alterius interest. Si verò agatur ad separationem vinculi matrimonialis, ob hujus scilicet nullitatem, propter impedimentum consanguinitatis v. g. primò omnium admittuntur parentes ad accusandum, & his deficientibus proximiores consanguinei, ac post hos etiam extranei, præsertim maturiores & antiquiores vicinix; & si conjugum tantum interfit valere, vel non valere matrimonium, vel si impedimentum sit, in quo se ipsos iurare possunt conjuges, uti est impedimentum erroris, impotentix v. g. soli conjuges ad accusan-

dum admittuntur, cum hi possint, si non velint ut conjuges, saltem ut frater & soror cohabitare. Omnes autem, qui admittuntur ad accusandum, admittuntur etiam ad testificandum, pro, vel contra matrimonium, dummodo alii sint idonei testes, ita tamen ut etiam Parentes & Consanguinei &c. in causa consanguinitatis v. g. testificari possint, prout sumitur etiam ex *c. Videtur 3. h. t.* (cum tales præsertim Genealogiam suam nosse videantur, & idem possit esse testis, qui fuit accusator, aut denunciator prout ex variis iuribus *caus. 35. q. 6.* patet.

§. II.

Quinam ab accusatione Matrimonij sunt repellendi?

Respondetur, repelli debent primò ab accusando matrimonium, qui propter quæstum accusationem intendunt. *c. Significante 5. h. t.* cum talis accusatio non fiat ex bono zelo, & collusionibus obnoxia sit. Secundò repelli debent,

Ttt 3

debent,

§. IV.

Quis sit iudex competens casuum matrimonialium:

Triplices sunt causæ matrimoniales, quædam sunt omnino politice, seu civiles, ut de dotibus, hæreditatibus, & successibus &c. & hæc ad secularem, seu politicum Magistratum pertinent, ut probat illius iurisdictio. Quædam sunt purè spirituales, ut de partibus Sacramenti, de benedictione sacerdotum &c. & hæc pertinent ad Ecclesiasticum Magistratum. Quædam sunt partim spirituales, ut de gradibus Consanguinitatis, divortii, & impedimentis &c. hæc possunt quidem ad secularem Magistratum pertinere, præsertim, si tantum quaestio facta sit, semper tamen cum subordinatione ad Ecclesiasticum Magistratum, prout in Tridentino sess. 24. can. 12. definitum est. (cùm in matrimonium novæ legis sit Sacramentum) & quidem ad Episcopum, vel alium inferiorem Prælatum, ex illius delegatione, vel ex privilegio, quia causæ matrimoniales inter arduas numerantur, ut sæpe dictum.

bent, ad multas fraudes cavendas, qui tempore præmissæ denuntiationis scientes impedimentum, tacuerant, nisi postmodum probent suam de denuntiationibus ignorantiam, aut jurent, quòd in notitiam impedimenti primùm post denuntiationes illas factas, & contractum matrimonium venerint, neque quidquam malitiosè contra matrimonium objiciant. c. Cùm in sua 6. h. r. Sunt autem tres casus, in quibus regulariter præsumitur ignorantia eorum, quæ palam fiunt in civitate. Primò si quis ex statum temporis extra Diocesim. Secundò si quis tunc erat in tenebris adhuc ætate. Et tertio si ex infirmitate patiebatur defectum usûs rationis.

§. III.

Proponuntur & resolvuntur nonnullæ quæstiones occurrentes circa tria capitula hujus Tituli.

Videantur c. Relatum 1. h. r. c. à nobis 2. eodem. & c. Insuper 4. eodem, quæ rectius etiam videri possunt apud Auctorem, quàm ut eorum mens hic referatur.



T I T U L U S XIX.

DE DIVORTIIS.

§. I.

An & quâ ratione licitum sit conjugum instituire divortium ob alterius adulterium.

Divortium, de quo potissimum in hoc titulo agitur, non est dissolutio matrimonij quoad vinculum, qualis dissolutio fieri potest ob impedimentum ditimens perpetuum inter Conjuges putativos intercedens, sed est separatio conjugatorum quoad thorum, & cohabitationem &c. ita ut manente vinculo conjugali inter legitimè matrimonio conjunctos, sibi tamen nec in thoro, nec in domo cohabitare teneantur taliter conjugati, quale divortium inter conjugatos fieri posse ab innocente, ob adulterium, aut illicitum concubitum cum altera persona ab altero conjugate commissam (si moraliter certus sit innocens conjug de talibus ab alio conjugate commissis) ex sacris literis etiam patet *Matth. 5. v. 32. & ex c. Significasti 4. h. 2.* neque enim frangenti fidem, fidem innocens tenetur servare: si tamen, quæ innocens prius fuerat, & à marito v. g. ob adulterium hujus discessit, postea & ipsa adulterium committat, tenetur ad priorem maritum redire, & eidem matrimonialiter cohabitare, quia censentur in tali casu paria delicta mutuâ compen-

satione tolli *c. penult. de adult. junctâ Gloss. in notatis. & c. ex literis 5. h. 2.*

§. II.

An, & in quibus casibus non liceat divortium instituire propter conjugis adulterium?

EX triplici potissimum capite non potest institui divortium ob conjugis adulterium. Primum scilicet, quia uterque conjux ejusdem criminis reus est, ob mutuam delictorum compensationem, ut dictum. Secundò, si culpâ vacet adulterium, quia ibi nulla est culpabilis fidei violatio, separatio locum non habet. Tertio denique, si conjux innocens injuriam sibi per adulterium illatam expressè, vel tacitè (ut si conjux innocens conscius adulterii alterius, spontè, & omnino liberè copulam carnalem cum altero conjugate habeat, aut alios actus conjugibus concessos admittat) remisit, & quasi condonavit.

§. III.

An, & quâ ratione conjuges propter adulterium separati, si postea reconciliati unus vel uterque relabatur in adulterium, possint denuo divortium instituire?

Posse iterum ab innocente, si post reconciliationem alter eorum, in adulterium

terium relabatur, divortium institui, ratio & auctoritas supra relata probat, quia præcedens venia, & reconciliatio ad præterita quidem delicta, non autem ad futura se extendit. Sicuti tamen communiter & per se non tenetur in conscientia separare se ab adultero innocens, cum separatio talis permessa quidem sit à Christo, non tamen præcepta, & possit innocens quocumque tempore adulterum v. g. dimissum repetere, modo neuter conjugum statum mutaverit; ita, si innocens prius post sententiam divortii latam, adulterium committat, ex probabili sententia non tenetur redire ad conjugem, à quo propter hujus adulterium, per sententiam separatam pars ista fuit, cum per sententiam divortii liberata sit hæc pars prius innocens, ab obligatione cohabitationis matrimonialis, & alter nullum jus habeat repetendi conjugem, cum per adulterium, post sententiam separationis latam, non censentur compensari delicta.

§. IV.

An vir possit dimittere uxorem sine iudicio Ecclesia etiam propter publicum ac notorium impedimentum parentela, seu cognationis?

Rectius fortassis hæc questio mota fuisset in Tit. 14. supra, ubi actum est de consanguinitate & affinitate, quia tamen in hoc tit. e. Porro 3. Pontifex hanc questionem decidit, placuit Auctori Method. hinc eam referre; respondet ergo in cit. e. Pontifex, absque iudicio Ecclesie talem non posse propriam

auctoritate uxorem dimittere, cum qua matrimonium in facie Ecclesie contraxit (ob reverentiam scilicet tanti sacramenti) etiam si impedimentum in notorium (publica scilicet fama) multa dicuntur notoria, eoque publica de illis fama sit, quæ tamen notoria non sunt; & hinc *cap. subsecutus, significasti*, ubi dicitur, cogi non debere eam ad conjugem recipiendam, quam propter adulterium notorium, sine auctoritate tamen Ecclesie, dimiserat, non contradicit priori *cap. Porro*, cum in posteriore capitulo notorium dicit, quod nulla tergiversatione negari, aut excusari potest, in priore vero capitulo, notorium, non omne dubium, & in contrario exceptionem, excludit.

§. V.


Virum, & quando ob adulterium spirituale, sive ob lapsum in hæresim, vel Apostasiam à fide, alterius conjugis, sine Catholico instituire divortium, & an ei reverso ad fidem debeat consulari seu ad eum redire?

Quod possit propter lapsum in hæresim, vel Apostasiam à fide alterius conjugis, si pertinax pars hæc sit, notoricens conjugis divortium facere, ex apostolo Paulo ad Titum 3. & ex c. *Quæstio 2. h. t.* ac pluribus aliis iuribus patet; enim in carnali adulterio, sive hoc deparationis faciendæ concessus est innocentis, negari non debet propter adulterium spirituale; & quamvis propter adulterium spirituale, non possit divortium celebrare innocens conjugis, in colligitur ex cit. e. *Quæstio*, utrumque

num fiat Sacramentum, per baptismum, ab illis susceptum, quamvis nullus novus expressus consensus in hoc Sacramentum interveniat.

Secundò habemus ex *cit. c. Gaudemus*. quòd infideles ad fidem conversi, si plures priùs in sua infidelitate habuerint uxores, primæ adhærere debeant, dimissis aliis, quia nulli unquam licuit plures simul habere uxores, nisi, cui divinâ revelatione hoc fuit concessum, prout in antiqua lege concessum legitimus Patriarchis.

Tertiò habemus ex *eodem c. Gaudemus*. quòd Paganus, si repudiata suâ uxore, ad fidem conversus aliam duxerit, cum tamen illa ad fidem etiam conversa maritum sequatur, repudiatam talem in infidelitate uxorem recipere debeat in matrimonij consortem, & ab illa, quam post repudiatam primam duxerat, recedere, etiamsi hæc repudiata cum alio jam contraxisset, cum enim hoc legis Evangelicæ tempore libellum repudij dare nulli ex lege Divina concessum sit, consequenter nulla fuit repudiatio illa, sed vinculum legitime contracti matrimonij indissolutum permanebat, ergo si ad fidem utraque pars convertatur, ad se invicem, ut veri conjuges redire debent, non obstante, quòd in infidelitate alia matrimonia contraxerint, quæ ob vinculum prioris matrimonij nondum dissolutum, nulla fuerunt.



S. VIII.

An Ecclesia dispensare possit, infideles conversi ad fidem conversi possint matrimonium cum relicta uxore fratris sui defuncti?

Prohibetur quidem à Posidonio *c. Deus qui 9. b. 2.* ut ne talesinceps, postquam fidem Christianam susceperunt, sibi matrimonialiter copulentur; quòd tamen in infidelitate huc positi talia matrimonia cum relicta fratrum suorum uxoribus contraxerunt, non prohibet illos manere in suo conjugio, & hoc uti, si tamen fratres illi sine prole ex tali conjugio decedissent, quòd iuxta legem Mosaicam uniusque testamenti Judæis licebat, ad hoc etiam attendente Ecclesiâ.

S. IX.

Quæ sit pena mulieris infidelis vitæ mariti sui, si inde homicidium sit secutum.

Ex dictis, & *exc. figura 1. b. 2.* patet, quòd molet talis uxor in pœnam commissi viricidii, contra matrimonij contrahendi post mortem sui mariti, ita ut non tantum viricidium, sed etiam viricidium impediens, de antiquo non sit, hodierna tamen consuetudo non observat hoc impedimentum impediens, modò non interveniat impedimentum criminis dirimens matrimonium cum illo, qui in necem innocentis mariti cum conjugè machinatus est.

§. X.

An propter alias præterea causas
divortium inter Conjuges possit in-
ferri?

Temporale divortium, sive ad tem-
pus separationem à Coniuge, do-
nec emendetur v. g. potest conjux pro-
pria etiam auctoritate facere, si de sa-
lute animæ suæ graviter periclitetur, ob

multam & gravem ad varia peccata in-
ductionem, si ob sævitiam viri meritò ti-
meat grave corporis periculum ex coha-
bitatione, si perpetuæ & graves in-
ter eos sint rixæ, quæ nimium mo-
lestam reddunt cohabitationem, si al-
ter conjux sit omnino furiosus, aut le-
prâ vel alio morbo contagioso infectus
&c.

T I T V L V S XX.

DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXO-
REM, ET DE DOTE POST DIVORTIUM
RESTITUENDA.

§. I.

An & qualis donatio inter Conju-
ges sit invalida? Et in quibus casibus
sit valida & licita, vel pro-
hibita?

Donatio inter Conjuges alia simplex
est, quæ sit ex mera donantis li-
beralitate; alia sit ob causam aliquam,
qualis est donatio propter nuptias, quæ
fit à marito uxori propter matrimonium,
in compensationem dotis sibi datæ. Do-
natio simplex inter virum & uxorem,
constante matrimonio facta, ordinariè
invalida est (ne mutuus amor inter con-
juges venalis videatur, & refrigescat, si
donationes cesserint) ita tamen, ut morte
donantis, nisi expressè vel tacitè revo-

cata fuerit à vivente donante, prout libe-
rè revocare potest, confirmetur; &
quamvis alii contractus inter conjuges
valeant, venditio v. g. permutatio &c.
cum æquivalens rei v. g. venditæ pretium
pars altera obtineat, uti & legatum,
quod refertur in tempus dissoluti matri-
monij, simplex tamen donatio, ex qua
pars una pauperior, cum diminutione
v. g. sui patrimonij, quod de facto ha-
bet, altera verò locupletior evadit, fir-
mitatem non habet, ut ait Ponti-
fex in *c. ult. h. r.* (censetur autem
omnino revocari talis donatio, ut nec
morte donantis confirmetur, si divor-
tium inter Conjuges fiat, nisi aliunde
constaret, velle donantem non revo-
catam per hoc donationem; si alteri ea-
dem res vendatur, legetur, donetur,
pignori

U n u z

ditiones videri possunt ad hanc confirmationem requisitæ. Tertio confirmantur etiam per mortem civilem donantis, prout videre est apud Civilistas.

§. IV.

Quanam præterea statuta sunt circa donationem propter nuptias in hoc Titulo.

Donata propter nuptias à marito uxori, si postea ob impedimentum dirimens matrimonium reperitur nullum, restitui marito debent, cum nec dos, nec donatio propter nuptias in tali casu nullius matrimonij locum habeat. *Et si necesse sit §. h. e.* Videatur etiam *e. Nuper §. h. e.* ubi quæritur, quantum, & quid de Terra, cujus usum fructum quis habet, aut, quæ in feudum ipsi concessa est, uxori suæ in dotem, aut donationem propter nuptias dare possit.

§. V.

De restitutione Dotis.

Si matrimonium ex licita causa, & sine culpa uxoris separatum fuit, dos est restituenda uxori, ut habetur in *e. Mulieres §. h. e.* cum enim dos sit accessoria matrimonio, vel certe ad sustinenda matrimonij onera detur, in tali autem casu vel nullum sit matrimonium, ob impedimentum dirimens, vel saltem quoad thorum & cohabitationem separatum sit, consequenter vel nullus erit locus dotis constituendæ, vel nullaneccitas, sed in priore casu nullius matrimonij tota dos uxori restituenda est, & in casu posteriore divortij facti, restitui debet, quantum à marito commodè potest. Quòd si tamen scienter cum im-

pedimento dirimente contrahere tentaverunt, in pœnam taliter attentati matrimonij fisco dos acquiritur. Quin imò dissoluto per divortium matrimonio, omnia etiam bona seu lucra, quæ constante matrimonio communiter utrique parti acquisita fuerunt, ex donatione v. g. ex hæreditate, de legato, utrique communiter factis, per emptionem ex communibus utriusque bonis factam &c. æqualiter inter eos dividenda sunt *e. Significavit §. h. e.* (cum matrimonium sit consortium omnis vitæ & Divini ac humani juris communicatio) nisi consuetudo loci aliud jubeat, aut respectu uxoris turpis quæstus præsumptio.

Judex tamen Ecclesiasticus, qui cognovit de matrimonio, potest & debet etiam simul de dote cognoscere *e. de prebentia §. h. e.* Quamvis enim dotis causa in se sit merè secularis, & inter personas Laicas ad sæculares Judices pertineat, si principaliter de ea agatur, si tamen incidenter tantum de ea agatur, & accessoriè dependenter à valore matrimonij, potest etiam Iudex Ecclesiasticus, qui de matrimonio cognovit, de dote cognoscere, & solutionem aut restitutionem illius præcipere.

§. VI.

De amissione dotis propter adulterium uxoris.

Amittere mulierem propter adulterium dotem, & donationem propter nuptias, vel ejus pretium, ac æstimationem, eaque post sententiã Judicis virum lucrari ex *e. Plerumque §. h. e.* probatur, quamvis putativum tantum

VVVV ;

matri-

matrimonium, bonæ tamen fidei, ex utraque parte fuerit, nisi tacite saltem, actionem ad petendum divortium, & privationem dotis remiserit maritus v. g. aut liberis legitimis ex matrimonio habitis ea acquirantur.

§. VII.

An viro, qui ad inopiam vergit, ac petit dotem, ea tradenda sit sub cautione.

Quamvis uxor, si maritus vergat ad inopiam etiam sine sua culpa, vel incipiat dissipare bona sua, iisque male uti, possit non tantum agere contra maritum, ac dotem repetere, sed multo magis contra eum, dotem petentem

excipere, quia periculum est, ne debilibus dos consumatur; si tamen cautionem idoneam præstet (sive ipsa scilicet vel pignoratitiam de dote iuritate) potest hæc illi tradi, vel cautionem idoneam præstare non possit, apud mercatorem aliquem per solam deponi, à quo maritus tantam hæbituræ accipiat, quantum ad fructus contra matrimonij est necessarium: non habetur in 6. Per vestros 7. h. t. ut ne scilicet omnino marito subtrahatur non sine damno & præiudicio tam illius, quam uxoris, in adulterio incidentium. Vide plura de dote apud Cuiusdam, ad quæ potissimum hæc materia spectat.

TITVLVS XXI

DE SECUNDIS NUPTIIS.

§. I.

An Coniux dubius de morte alterius Coniugis possit transire ad secundas nuptias?

Post mortem primæ Coniugis, non tantum secundas, sed etiam post mortem secundæ coniugis, tertias & post mortem huius quartas & ulteriores nuptias licitas esse, certa Catholicorum sententia docet, prout constat etiam ex Apostolo 6. 7. ad Romanos. Ut autem hic transitus liceat, debet constare, & moralis certitudo haberi de morte alterius Coniugis, prout dictum supra in

tit. 1. huius libri sect. 5. §. 2. Ita ut quævis bonæ fidei contraxerit matrimonium, sufficientem, ut putabat, de morte prioris Coniugis certitudinem habeat, si tamen postea certior fiat de vitæ prioris Coniugis, statim, quam secundo contraxerit, relinquere debeat, ne in adulterium & penas adulterorum incidat: communicationis etiam censuræ cogendus, ad priorem ut redeat.

§. II.

An si Mulier post mortem viri transeat ad secundas nuptias intra annum luctûs, incurrat infamiam, vel alias pœnas juris.

Quod de jure Canonico mulier, post mortem viri ad secundas nuptias transiens, intra annum luctûs, nullam incurrat infamiam, ex Apostolo habetur, *Ex c. super illa 4. c. c. Cùm secundum 5.* quidquid sit de legibus civilibus, quæ quoad hanc infamiam correctæ videntur. Inter alias pœnas à jure civili statutas secundò nubentibus, distingui debet utrùm scilicet illæ statutz sint præcisè in odium secundò nubentium intra annum luctûs, vel utrùm decretæ sint in favorem filiorum prioris matrimonij; illæ per jus Canonicum sunt abrogatæ, cum enim prohibitio matrimonij intra annum luctûs sit abrogata, consequenter etiam pœnz ei annexæ sunt abolitæ, cum sublato principali, cadere etiam censetur accessorium: alia verò, quæ statuta sunt in favorem liberorum prioris matrimonij, & propriè loquendo non dici debent pœnz, neque tantùm cadunt in secundò nubentes intra annum luctûs, sed etiam observari debent circa secundò nubentes post annum luctûs, in utroque foro tam Canonico, quàm Civili, suum robur obtinent, cum per ea favor quidem liberorum attendatur, libertas tamen contrahendi matrimonij non tollatur. Vide Civilistas, vel Sanchezium in suis de matrimonio libris susè de his rebus disputantem.

§. III.

An secunda Nuptia sint benedicenda, & quam pœnam incurrat sacerdos benedicens?

Benedictiones nuptiales à proprio viri vel mulieris contrahentium Parocho, vel ab alio Sacerdote, cum illius licentia fieri debere, & recipi ex præcepto, satis ex Tridentino *Sess. 24. c. 1. de Refor. mat. §. Præterea pater, & ex pluribus juribus antiquorum Decretorum, ac continua praxi & consuetudine Ecclesiæ.* Secundæ tamen nuptiæ non benedicuntur, si uterque benedictionem jam recepit, vel saltem una persona jam prius benedicta, secundas nuptias contrahens. *c. Capellanus 1. c. 6. Vir autem 3. h. 2.* neque enim benedictio nubentium iterari debet, ne fiat prioris Sacramento injuria, & quod indecens sit, ut solemnes benedictiones iterentur. Pœna autem, quam incurrit Sacerdos secundas nuptias benedicens est suspensio ab officio & beneficio, à Judice imponenda, uti desumunt communiter AA. *exc. 1. citat.* vel arbitraria pro loci consuetudine & qualitate delicti, Videtur tamen hac in materia loci attendenda consuetudo, juxta quam tantùm videtur secundarum nuptiarum benedictio prohiberi, quando uterque conjux illam jam accepit in primis nuptiis.